a Si ergo primus excludit͏̃ pp nõ petitũ tutorẽ, alius ad quẽ incipit ptinere spes successionis, nõ priuabit͏̃ ea, si tutorẽ nõ petijt, q.a lex illa hoc nõ đt nec dēt extẽdi. cũ sit ɔ̃ ius cõc, vt s. ĩ primo puncto ostẽsum est, & sic gl. ĩ d. l. sciat bñ loqt͏̃. Nũc ad ppositũ dico, q. possibile est substitutũ, & matrẽ simul excludi, pp ñ petitũ tutorẽ, vt si est substitut⁹, & mr̃i ĩ tabulis pupilarib. est relicta lĩtima, vt dcm̃ ẽ ĩ scđo pũcto. Itẽ si substitut⁹ est exclusus primo pp ñ petitũ tutorẽ, & tũc incipit currere tps mr̃i, cessat. n. cã pp q̃ excusabat͏̃. Matri .n. oĩ tpe quo filius eget tutore, imponit͏̃ necessitas, hoc ẽ siue tpe mortis, siue postea, iõ leges vulgares ad hoc allegatę dicũt matrẽ puniri si priorib⁹ reiectis, alios ñ petierit. Sed si poneres matrẽ primo excludi pp nõ petitũ tutorẽ, q.a prĩo ei ĩcũberet on⁹, tunc ipossibile est substitutũ excludi. Exẽplũ, pupillo est substituta mr̃ prĩo loco. extne⁹ scđo loco, tunc si mr̃ excluderet͏̃ pp nõ petitũ tutorẽ, nõ excluderet͏̃ substitut⁹ postea, q.a mortuo prẽ pupilli prima spes successionis ñ erat talis substituti, & sic ad eũ nõ porrigit, d. l. sciãt. Disputata fuit hæc q. p me in ciuitate Perusij, anno Dñi 1360.

ADDITIO

a Alex. Primus excluditur. Contrarium tenet Bar. in l. nepotibus. C. qui pe. tut. Et vide quod no. in l. quid ergo. §. 1. de infa.

LEX III.

a **§. Si quidem.** Qui litigaturus est cum pupillo non dēt ipse petere tutorẽ, sed alijs nunciare, quibus negligẽtibus iudici debet referri. h. d. No. ibi, hoc ipsum, &c. q debet iudici notum hoc fieri, quomodo illi qui præferuntur iure petendi, hoc negligunt. dixi tibi plene in l. tutor si fuerit petitus. s. tit. j. ver. sed tunc, quæro quid si iudici.

ADDITIO.

a Si quidem. Ibi in tex. ipse quidem non petit, &c. Et sic no. in materia huius titu. q quilibet potest petere dari tutorem pupillo, etiam si tutor talis dari non potest. l. 2. & ibi Bal. C. de neg. gest.

1 *Minor vbi potest per se stare in iudicio, tot si procuratorem constituere*

a **§. Curatores.** a Minores petunt sibi curatores per se, vel procuratorem: h. d. Quæro qualr constituat͏̃ pcurator a minore. Glo. variant. Ista est ✝ veritas, vbicũq;

b minor hẽt legitimã personã stãdi in iudicio per se. põt ɔstituere pcuratorẽ, nec requiritur curator, vel tutor, ita loqui͏̃ iste tex. Facit j. de minor. l. sed & si vnius. §. idẽ rñdit alias ait. & j. de manumiss. vind. l. ẽt. §. si absens, & j. rem ra. ha. l. 3. §. j. & qđ ibi no. & p Inno. ex͏̃ de rest. spol. in c. ex parte. Quæro, an alius possit petere pro minore cauendo de rato? Respon. sic. l. mutus. §. is qui. s. de procu.

ADDITIONES.

a Alex. Curatores. No. q illis casibus quibus potest tutor esse in iudicio, potest cõstituere procuratorẽ per se solũ. Et qui sint illi casus, vide per glo. & Inno. c. ex parte. el 1. de appel. & no. in l. 1. in prin. C. qui legi. per. Et adde tex. in c. fin. de iud. in 6, per Bar. in l. neque. C. de procu. & in l. inuitus. §. is qui. & ibi glo. & Gui. Leo. ti. & Bal. in l. etiam. de manu. vind. per Innoc. in cap. cum l. & A. de re iud. per Mod. in c. intelleximus. de iud.

b Pom. Ista est. Vide Aret. in l. 1. §. pupillus in prin. ff. de acq. poss. Men. Nenizan. consi. 17. nu. 68.

LEX IIII.

Curatorem, Tutor non põt petere curatorem pupillo, & qui legitime non petierit tutorem, pro non legitimo habetur. h. d. & breuiter.

LEX V.

Qui qualitercunque, Remotus a tutela non tenetur p alium petere h. d.

LEX VI.

Decreto, Not. q priores possunt dare aliquem iudicem & tutorem. h. d.

LEX VII.

1 *Tutoris datio, an valeat facta a iudice, sine inquisitione.*

a **Credendum,** a Mater, quæ tutorẽ nõ petijt ɔfirmari, vel in locũ excusati alium dari, cũ alius nõ superesset pdit successionẽ filij, nõ id qđ ei debet͏̃ ex testõ mariti. nec sibi ĩputat͏̃, si vt suspectũ nõ petijt remoueri. h. d. in prin. Secũd. ĩ rñsũ declara p ea q̃ dixi s. l. 2. Opp. ad ver. si vero maritus. C. ad Tert. l. oẽm. & de leg. her. l. sciãt. Glo. sol. b veritas ẽ: q. eq. d mr̃i

b debet͏̃, vt ab ipso pupillo, istud pdit͏̃: sed hic fideicõmissum debebat͏̃, vt ex bonis mariti, iõ non perdit, q.a circa bona mariti mr̃ nõ deliquit, s̃m Ia. de Are. & Pe. & no. p Cy. ĩ d. l. sciãt. Examina, vt in

1 qõ. disputata. s̃. co. l. 2. in j. puncto. ✝ Venio ad fin. & q̃ro mater pe-

c tijt tutorẽ filio, quẽ iudex dedit sine ĩquisitione, an valeat? Vr̃ q nõ: Dr̃. n. hic, q datus a matre nõ ɔfirmatur sine inquisitione. Contrariũ est verũ. Licẽt, n. iudici cũ inquisitione, & sine, dare tutorẽ. l. qui habet. §. pen. s̃. de tu. Nõ obst. iste tex. quia qñ mr̃ petijt tutorẽ dari ĩ testõ filio, tũc iste nõ ɔfirmabit͏̃ sine inquisitione, ad hoc, vt hẽat vim tutoris ɔfirmati, q. pfertur alijs legitimis & datiuis, vt dixi in l. j. s̃ de ɔfirman. tu. Sed si mater petijt tutorẽ simpl̃r, & iudex ɔfimat sine inquisitione, vt sit tanq̃ simplex datiuus, licet ei & posset ẽt absq; matris petitione facere. Ita intelligit glo.

ADDITIONES.

a Barb. Credendum. Vide Bar. in consi. 18. inci. & viso testamento condito per Benedictum. vbi loquitur de venientibus ab intestato, vtrum perdant successio nem per negligentiam matris.

Poma. Vide ad hunc tex. Rom. consi. 267.

b Alex. Glo. sol. Hanc gl. in ver. tu dic, pro. no. alleg. Old. in cõsi. 99. et est in simili alia gl. in l. precibus. in ver. fideicõmiss. quas damnaui in d. l. precibus. C. de imp. & in l. Cẽturio. post Bar. j. de vulg. & pup. p illũ tex. in c. si pr̃. de test. lib. 6. Men. Aretin. consi 40. in fin. Dec. consi. 245. in fin.

c Alex. An valeat. An valeat semper tutelæ datio sine inquisitione, vide l. j. C. de cõfir. tu. & vide q no. in l. 1. C. de tu. qui non satis.

Men. Curt. sen. consi. 47. col. 2. ver. 3. coadiuuatur.

TITVLVS VII.

De administratione, & periculo tutorum, & cur.

Continuatio est de se manifesta.

LEX PRIMA.

1 *Tutor an cogatur administrare.*
2 *Tutor, vt administret, qualiter cogendus.*
3 *Tutor quando cogitur administrare officio iudicis, nec libellus nec ordo iudicij requiritur.*
4 *Tutor si vult gerere, & alius non admittit, quomodo prouideatur tutori.*

GErere. Tutor cogit͏̃ administrare, & ad eum spectat periculũ ex quo! scit se datũ. h. d. Opp. q tutor nõ cogitur administrare. j. de auth. tuto. l. si tutor. Solu. hic loqtur in tutore, qui nunq̃ gessit, ibi in eo qui aliqñ gessit, nñ ĩ ali quo actu nõ vult authorare: ĩ quo distingue, vt ibi. Ratio vt ille, qui, nunq̃ gessit incipiat teneri actione tutelæ, ideo cogitur. Sed opp. ẽt ille q nunq̃ gessit tenetur vtili. l. ita autẽ. §. gessisse. j. eo. sed inter vtilem & directam non est dr̃ia l. actio. s̃. de neg. gest. ergo non vr̃ rõ, quare hic magis cogatur, q̃ ille, qui gessit aliquid. Rñ. ille, qui non gessit, non potest remoueri: nisi pter dolũ, latam culpã & leuem l. hæ. n. §. q nihil. j. de suspe. tut. Sed q gerit, põt remoueri pp dolũ latã, & leuẽ culpã. d. l. hæ. n. & ideo ĩterest pupilli, vt gerat, & pp hoc ppellit, vt hic s̃m Dy. Est & alia rõ validior, q.a. qñ ñ gerit ñ obligat͏̃ fideiussor ex pmissione rẽ pupilli saluam fore. l. ñ quasi. §. illud. rẽ pupilli sal. fore. hõ interest pupilli, vt administret, & cum bonis mo. b⁹ ñ s formet. Ideo

2 oportet §. ñ. s̃. ti. 2. ✝ Quæro qualiter fiat ista coactio. Dicit gl. capis pignorib & mulcta idicta. l. vnica. s̃. si qs ius dic nõ obtemp.

3 & ff. de vẽtre inspicien. l. j. §. j. ✝ Quæro, quo iure fiat ista coactio. Respondetur, q officio iudicis, vt hic patet ex eo, quod dicit, & cogi solent. Puto q non sit necessarius libellus, nec aliquis ordo cum quolibet loco & tẽpote expediri possit. l. qui habet. §. pen.

4 s̃. de tut. & l. ij. de ferijs. ✝ Sed quæro, pone q tutor vult gerere & alius non admittit, qualiter prouidet͏̃ tutori? Respõdeo si est contutor ille, qui ñ admittit, ex hoc põt accusari, vt suspectus. l. act⁹. infra eo. Si vero esset pupillus vel adultus, tunc cogeretur eũ admittere officio iudicis. Dat͏̃ enim ĩuito, ut s̃. de tutorib. & curatoribus datis ab his l. illud. Et hoc est q, dicitur, q, accipitur res per decretũ iudicis l. fin. ĩ fin. C. arbit. tutelæ. Facit l. legitimos. ĩ prin. & quod ibi dixi, de legl. tut. Venio ad versi. ex quo. quem declara plene, ut per gl. infra eo. l. quidam decedens. § fi.

1 *Libellus qualiter formetur, quando agitur contra pupillũ tutorem habẽtem.*
2 *Citari debet pupillus vel minor in prima citatione, vt per se vel per legitimã personam compareat. Item an valeat citatio pupilli facta simpliciter sicut minoris, & intelligitur vt legitime compareat.*
3 *Tutori comparẽti & petẽti dilationẽ ad exhibendũ pupillũ nõ datur dilatio.*
4 *Lis cum quo contestetur, quando agitur contra pupillum tutorem habentem.*
5 *Litem contestari cum pupillo, vel tutore, non differt.*
6 *Tutor semper iurat de calumnia, quando pupillus conuenitur.*
7 *Minor quando suscepit iudicium cũ tutoris authoritate, an sit necesse, quod in quolibet actu authoretur.*
8 *Tutor potest per se in iudicio comparere, licet iudiciũ sit susceptum per pupillum cum tutoris authoritate.*
Lis quando est contestata per pupillũ cum tutoris authoritate, ipse, & non tutor est citandus.
Tutor, si citatur, & non comparet hoc casu, non est contumax.
9 *Pupillus si cõparet in iudicio sine tutore, pceditur cõtra eũ tanquã cõtumacẽ.*
10 *Sententia qualiter formetur in iudicio moto cõtra pupillũ tutorem habentẽ.*

§. Sufficit. Tutor põt defendere pupillũ p se, ut ei defendẽti authorari, put elegerit ipse: sed curator põt defendere adultũ p se, vel ei defẽdẽti authorari, put elegerit actor. Item tutor & curator possunt agere, uel agẽtibus authorari, put ipsi elegerint h. d. & est solennis & magistralis casus. Diuide. Primo loqt͏̃ ĩ pupillo conuẽto. Scđo, in adulto conuento. Tertio, de eis agẽtibus Secunda ibi, in causis autem, Tertia ibi, non denegari. Op quod tutor satisdet. l. uulgo, j. e. Sol. ibi erat dubiũ, an sit tu

a tor, hic u on. ✝ Quæro, contra quem formabitur libellus? gl. dicit

1 quod potest formari ĩ psonã tutoris, & ĩ psonã pupilli. Tu dicas, q ĩ pupillo est electio tutoris, an ipse tũ dcat tutorio noĩe, ã pupillo rñdẽti authoret: & iõ poterit esse practica, q prime citet͏̃ tutor & interroget an ipse velit per se pupillũ defendere, an pupillo defendẽti authorari, ex æqtate l. ubicũq; s̃. ĩ interro. act. & s̃. d pet. hæ. l. qui

ADDITIO.

a Pom. Hic non. Vide Alex. in l. contra pupillum. ff. de re iud.

hę.l.q interrogatus. Et ex hoc reddit̃ actor certus qualr̃ formet libellũ ꝯ pupillũ, & q̃libet bellũ. Vel vt puto, poterit formare gñalr̃ libellũ ꝯ pupillũ, & q̃libet psonā ꝓ eo lr̃ime ꝯparẽtẽ, seu d̃fendẽtẽ, seu iterueniẽtẽ, & ita ad mittit ꝯsuetudo. Rō, q̃a ñ est ĩ ptãte actoris, quẽ ꝯueniat, vt l.j.§ q̃a aũt, j. quor. leg. l. q̃ ĩ hr̃ de. §. eligere. s̃. d̃ tribu. In adulto vero ñ est dubiũ cũ electio sit actoris, vñ pt formare libellũ, vt ĩ ipsũ curato rẽ, vł ipsũ adultũ, vł ẽt simplr̃, vt dixi s̃. ĩ pupillo. Nō. n. ex hoc lędi tur adult⁹, si actori det̃ electio, cũ lex det sibi electionẽ ꝯparẽdi ꝑ
2 se, cũ authoritate curatoris, vel ꝑ curatorẽ tñ. † Quero qualr̃ fiat
a j. citatio l citabũt̃ minores, vł defẽsores eorũ. Nã ĩ adulto ẽ electio
b actoris Rñ. verũ est q̃ ĩ adulto electio actoris ẽ, sed ĩ pupillo dẽt
c fieri citatio alternatiue, q̃ ꝯpareat ꝑ se. vł ꝑ legitimā psonā, vt cui
d dẽter d̃ hic tex. q̃ ẽt pt fieri in adulto, ꝑ rōnẽ q̃ dixi. Puto ẽt q̃ si solus pupillus citet̃, valeat citatio. sicut. n. qñ citat̃ minor, ĩtelr̃ q̃ ꝯpareat ꝑ se, vel ꝑ ꝓcuratorẽ. l. fi. C. d̃ ꝓcu & l. j. ĩ fi. s̃. de ꝓc. ita ĩ pupillo intelr̃, q̃ ꝯpareat ꝑ se, vel ꝑ legitimam psonā. Et q̃ talis citatio valeat. appatet, q̃a si ñ ꝯpareat ad defẽdẽdũ pupillũ, fiat missio in possessionẽ ex primo decreto, licet ñ ex scd̃o, vt j. ex qb. ca. ĩ pos.
3 ca. l. apud Iulianũ. § j. † Quæro, si tutor ꝯpareat & petat dilationẽ
e ad exhibẽdũ pupillũ an dẽat sibi dari? Rñ. non. q̃ĩmo absentes, & infantes oĩno ꝑ se ẽẽnt defendere, vt hic, ĩ tex. & eodẽ mō si agit̃ ꝯ adultũ absentẽ, ñ cog̃t̃ curator eũ exhibere: sed tenet̃ actor di- ctare iudiciũ ꝯ ipsũ curatorẽ, vt hic, ĩ verb. absẽtib. † Quęro cũ quo
4 fit litis ꝯtestō Rñ. ex p̃dictis patet q̃a vel cũ tutore, vel curatore, vł cũ minorib. authoritate ipsorũ, datā electione eis, de q̃b. dixi. s̃.
5 † Quæro vtrũ sit dr̃ia, an lis ꝯtestet̃ cũ pupillo, vel tutore? gl. ĩnuit, q̃ sic, nā si fit cũ pupillo authoritate tutoris. interrũpit p̃scriptio nẽ: sec⁹ si fieret cũ tutore, & ita ĩnuit gl. Doc. dñr q̃ ẽt si fiat cũ solo tutore, ĩterrũpit̃ p̃scriptio, cũ eius mora, & culpa noceat pupillo, & eius solicitudo ꝓsit. l. si ex legati cā. j. de uer. ob. Ita tẽet Iac.
6 de Are. & Pe q̃ placet ꝑ l. si q̃s sotoni. §. j. s̃. de usur. † Quæro q̃s iu
f rabit̃ de calũnia? Gl. d̃t indistinctè, q̃ siue pupillus sit ĩ iudicio cũ authoritate tutoris, siue tutor solus, ipse tutor sꝑ iurat de calũnia vt l. 2. §. q̃ obseruari. C. de iura. cal. licet alr̃ olĩ, alr̃ hodie obserue
7 tur, q̃ lam placet. Quæro qñ minor suscepit iudiciũ cũ authoritate tutoris, vel sui administratoris, an dẽat esse p̃sens in quolibet actu, & authorare, an sufficiat vna authoritas ꝓ toto iudicio? & vr̃ q̃ ĩ quolibet actu, alś ille actus ñ noceret pupillo, seu adulto. l. cla
g rũ. C. de auth. p̃st. Nō ergo ꝯpoterit rñderi uni positioni sine tutoris authoritate, q̃ ĩtelligo, vt dicā j. d e ꝯfe. l. certũ. §. sed an & ipsos, ver ĩ pupillo. † Itẽ q̃ro si pupillus suscepit iudiciũ cũ authorita
6 te tutoris tutor postea vult esse ĩ iudicio principlr̃ ꝑ se, an possit. Rñ. q̃ sic Nā oĩs iuris ꝯpetẽtis pupillo exercitiũ cōpetit tutori. Licẽt ergo ius ĩstãtię isti⁹ sit pupillo q̃sitũ. ingrũ, tutor poterit ipsũ exercere, ñ ãt coget̃ inuit⁹ hoc facere, vt s̃. dixi. Et ex hoc seq̃t̃ q̃ si pupillus suscepit iudiciũ authoritate tutoris, ñ valeret citatio postea facta d̃ tutore, & ñ eẽt ꝯtumax tutor si ñ ꝯpareat, licèt posset
9 ꝯparere, si vellet. Quęro, † q̃d si pupill⁹ ꝯpareret sine tutore ab initio, vel anteq̃ suscepit iudiciũ ĩ se cũ authoritate tutoris. Rñ. ꝓcedit̃ cōiter ꝯ eũ, sicut ꝯ ꝯtumacẽ, q̃a ñ lr̃ime ꝯparet. l. 5. §. recte defendi. j. ex q̃b. cau. ĩ pos. ea. & sic ñ est necesse ad quẽlibet actũ citare pupillũ & tutorẽ, sed sufficit, q̃ citet̃ pupill⁹, eiusdẽq; ẽ ꝯparere
10 lr̃ime, vt s̃. dixi, sicut ab initio elegit. † Quęro in quẽ eẽt formari sñia. Rñ. patet ex p̃dictis, q̃a in eũ, in quẽ format̃ libell⁹. In hoc ñ est dr̃ia inter tutorẽ, & ꝓcuratorẽ, q̃a valeret sñia lata cũ tutore, li
h cèt verba cōferant̃ in personā pupilli: sec⁹ tñ esset ĩ alio, vt l. j. C. de sent. & interlocu. arg. l. cũ qui. §. si actori. s̃. de consti. pecu. Dixi in l. stipulatio ista. §. si quis insulam. j. de verb. obli. Quæro lata sententia, in quem fiet executio, dic vt j. l. proxima.

ADDITIONES.

a Pom. Qualiter. Adde quomodo per citationem quãlibet habilitetur, vt per Bal. in l. si suscepta. ff. de inoffi. test. aliquid per Alex. in l. si ex legati causa. ff. de ver. obl. Pan. in consi. 43. in 1. dub. in 2. volu.

b Prima citatio. Qualiter fiat citatio de minore & de adulto, vide Bal. in l. pen. ad fi. C. si aduer. rem iud. vbi alleg. text. loquentem de pupillo, in l. si ideo. ff. de qui. Et quid si pupillus sine authoritate tutoris eli litem contestatus, vtrum solus tutor possit litẽ prosequi. dic q̃ sic, d. l. si ideo. no. Bal. in 8. q. in l. si quãdo. de test. Meno. Crauet. consi. 226. nu. 1.

c Respondeo. Sed Bar. in extrauag. ad reprimendum. in versi. citatum. non decidit adde Bal. in l. 1. C. qui pe. tu.

d Barb. Puto etiam. Et vide do. Abb. in c. tua nobis. de app. pro his quæ hic dñr. & vide Bal. in l. si ex legati causa. j. de verb. obli. arg. contra illud dictũ: quia si interpellatio extra iudicialis nō pōt fieri pupillo, ergo multo magis iudicialis, sed bene potest seruari hoc dictum, si nō haberet tutorem vel curatorẽ. Sed immo vr̃ q̃ dictum Bar. sit verum, per istam l. sed ad l. si ex legati, rñde. quia hic agitur de maiori præiudicio. Et no. q̃ ad validitatem primi decreti debet citari tutor alias esset nullũ, arg. l. hoc autẽ. §. 1. ex quib. cau. ĩ pos. ea. Ioan. And. in addi. in ti. de primo decreto. §. restat. versi. quid si maior. & uide Bar. in l. habent. §. si pupillus. ff. de tuto. alias audiui distingui, an possit citari in prima citatione, dic q̃ sic, vt hic. Aut in secunda & tertia, dic q̃ non ꝓꝑ preiudicium. & vide pro opi. Bar hic. Dec. in c. Rayn. de test. & adde Bal. in l. fi. C. si propter publi. pensi. Et quando minor citatur, vide Bal. in l. 1. C. qui pet. tuto.

Io. Fr. Ru. Adde dum Bar. tenet, q̃ solus pupillus possit citari, q̃ eius opinio est communiter damnata, vt no. Ias. in l. si pupillus. infra de verb. oblig.

e Rñdeo non. Cōtra Bar. tenet. Bald. per illum tex. in l. si ex legati causa. de uerbo obli. cũ seq. Itẽ contra Bar. facit. l. hæc autẽ. j. quib. ex cau. in pos. eat. an citandi sunt tutores. ꝑ Inno. in l. cōtra pupillũ. de re iud. Quid ĩ furioso, vide Bar. in l. 2. ff. de cur. fur. De infante certum est q̃ citari nō pōt vt hic, & no. Bal. in c. j. de mil. vasal. q̃ eōtu. est, sed quid debet facere creditor, qui vult suũ consequi, vide Bal. ibi, & Bar. in l. hæc aũt in prin. & in l. Fulcinius quib. ex cau. ĩ pos. eat. vide in materia ista no. per Bart. in l. q̃ habent §. si pupillus. s̃. de tut. Et de infante ẽt uide Bal. in l. donatariũ. C. de acqui. poss. Et de modo citandi pupillum, vide Bald. in l. donatarum. & in l. fi. C. si propter publi. pensi. & Bar. in extrauag. ad reprimendum, in uer. citatum, & no. Bal. in l. 2. C. qui pe. tu. & dixi in d. l. si ex legati, in vlt. char. Adde Abb. consi. 84. 2. lib. Rom. consi. 454.

f Barb. Iurabit Et illum tex. no. quia est valde sing. q̃ negotiorum gestor constituit quem in mora.

g Barb. Non ergo. Vide Bal. qui eleganter loquitur in l. claram. s̃. de auth. præst.

h Vt l. 1. Hanc l. 1. C. de senten. & interlo. l. in. ca, vt per Bar. in extrauag. ad reprim. in uer. sine figura.

LEX II.

Si tutor. Iudicati actio nō dat̃ ꝯ tutorẽ, nisi se liti obtulerit, sed ꝯ pupillũ. nisi ab hr̃ditate, cui⁹ cā ꝯdẽnatus ẽ, se abstinuerit, h. d. Op. C. qñ ex fac. tu. l. j. gl. hic ponit op. Tu dic q̃ actio directa dat̃ tutori, & ꝯ tutorẽ, a & vtilis dat̃ pupillo, & ꝯ pupillũ. vt hic, sed executio sꝑ fit ĩ pupillũ, vt hac l. & l. iiij. ĩ prin. d̃ re iud. Q̃d intellige d̃ ipsa ꝯdẽnatiōe pricipali. Sed si eẽt ꝯdẽnatio facta ĩ expẽsis, ĩ quẽ fieret executio, dixi ĩ d. l. 4 d̃ re iud. Tetigi in l. q̃ solidũ. §. ẽt. j. d̃ leg. ij. & dixi ĩ l. j. §. si ꝓcurator. s̃. si q̃s i⁹ dic. ñ obtẽp. Op. s̃. de ꝓc. l. ꝓcurator q̃ ꝓ euictione. So. Aliud ĩ ꝓcuratore, aliud ĩ tutore. Q̃d an sit verũ, ibi plene dixi. Vltĩo q̃rit gl. q̃d si tutor satis d̃dit ꝓ pupillo q̃ ñ adiuerat, nec rñdet. Dic, q̃ si ex certa sc̃ia, tenet̃ fideiussores: si ꝑ errorẽ iuris vł facti, ñ tenẽt, vt j. vt ĩ pos. le. l. j. j. rñ so. & de fideiu. l. si postq̃. & s̃. si q̃s cau. l. sed & si q̃s. §. fi. sm̃ Dyn.

ADDITIO.

a Contra tutorem. Ad hoc vide, quod dixi post Imo. in simili, in l. 4. §. si ex conuẽtione in fi. de re iud.

LEX III.

1 *Executores testamentorum, an æquiparentur tutoribus vel curatoribus.*

Si plures. Ex pluribus tutoribus, vel curatorib. quilibet p̃t administrare, & vni erit decernenda administratio ꝑ iudicẽ, vel si vni erat decreta ꝑ testatorẽ, ille administrabit, & alii nō gerentes tenent̃ ad ea, q̃ hic exprimunt̃ in tex, h. d. Op. q̃ nō valet gestũ ꝑ vnũ. j. de cur. fur. l. ꝯsilio. §. pe. & fi. Sol. Hic administrabit vnus, alio ñ ꝯdicẽte, vt hic: secus si alius ꝯdicat, vt ĩ ꝯrio. Op. s̃. d̃ ꝓcu. l. plurib. vbi nō pōt gerere q̃libet ĩsolidũ nisi sit dictũ. Sol. aliud in ꝓcuratore, vt ibi, aliud ĩ tutore, vt hic. Dixi in repe. l. j. §. plures. s̃. de exerc. † Quæro, quid in plurib. executorib. testamentorum, an eos æquiparemus tutoribus, vel procuratoribus. Olim erant opiniones, hodie est casus extra de testa. c. fi. lib. 6.

1 *Suspectus quis ex mala conuersatione præsumitur.*

§. Si parens. Not. ex hoc §. ad quid tenentur tutores, si nō gesserint. Scdo no. fi. huius §. ibi, solicite eos curare qualiter conuersẽtur. Ex quo habes † q̃ ex mala cōuersatione præsumitur quis suspectus, &c.

1 *Minor dat tutorem filio.*
2 *Defuncti à voluntate ex causa receditur.*
3 *Ex mala conuersatione quis est suspectus.*
4 *Facilius res expeditur per vnum, quàm per plures.*

a §. Quamuis. a Ex causa recedit̃ à voluntate defuncti, & alij, quẽ testator dixerit, administratio coce
1 dit̃. Idẽ in curatore, q̃ si testator non dixerit, vnus eligit̃. h. d. † No. tex. ibi, minor forte, &c. q̃ minor xxx. anno pōt filio dare tutorẽ ĩ
2 testamẽto. † Item no. q̃ in summario. Simile in l. in ꝯfirmãdo. & l.
3 vtilitatẽ. de ꝯfirma. tu. Facit j. vbi pu. edu. d c. l. j. No. q̃ ex cōuersa
4 tione mala quis est suspectus. Simile s̃. proxi. §. Not. q̃ facilius res expeditur per vnum, q̃ per plures. Concor. sunt in glo.

ADDITIO.

a Pom. Quamuis. Vide Rom. sing. 178. incip. el ord.

1 *Tutor vnus, an possit cogere alium ad diuisionem administrationis.*

§. Si nō erit. Tutores p̃nt vni ex eis administrationem cōmittere, vel oẽs simul gerere, vel diuide-
1 re. † Quid si vnus a vult diuidere, & alius nō, an vnus possit cogi ꝑ
a alium ad diuisionem, tex. non aperit. Dic, qñq; oẽs volũt cōmittere vni, qñq; nolũt Et de istis casib⁹ non est dubiũ. Sed si vnus vult diuidere, cũ oẽs alij velint administrare, tũc fiet diuisio cæteris inuitis ꝑ offm̃ iudicis. arg. s̃. fa. er. l. & puto. & s̃. cōi. diui. l. cōi diuidũdo. §. si duo. Facit quod no. per Inn. ĩ c. ex lr̃is. ex̃. de ꝓba. Et p̃dicta sũt vera, qñ null⁹ offert satisdationẽ, tũc. n. recurrim⁹ ad distinctionem positam in tex. s̃. de testa. tut. l. testamento datos, & l. seq.

ADDITIO.

a Io. Fr. Ru. Quid si vnus. Adde Ang. Are. in §. 1. Insti. de satisd. tut. qui refert, & sequitur Bar. hic.

LEX V.

1 *Stante statuto q̃ nomine gabellæ debeant solui tot denarij pro libra, si res, de qua fit contractus, non ascendit libram, non debet gabella solui.*

a
1 Ita autem. a Dictũ determinatur sm̃ suã cãm. h. d. † Not. tex. ibi, & cum cā depositionis exprimat̃. Ex quo

ADDITIO.

a Alex. Ita autem. Adde Bar. in l. 4. §. abesse. de dam. infec. Et an computent̃ libræ, deductis impensis, vnde infra de cond. & dem. in l. sed si hoc. §. cuidã ꝑ Bart. & circa dicta per Bar. hic vide per eũ in l. 4. §. prætor. circa fi. de dam. infec. & quæ ibi dixi in repor tatis, & vide Bal. in l. sacrosancta. C. de sac. san. eccle.

a quo colligitur,ꝙ dixi in summario.Ista l.a facit ad qõnem.Dicit
statutum, ꝙ debeant solui nomine gabellæ tot denarij pro libra.
Quid si illud super quo contrahitur,vel ꝙ colligitur, non ascẽdit
libram?hic est ar.ꝙ nulla gabella debeat solui.

ADDITIO.

a Pom. Ista lex.Ad hoc uide Alex.in l.2.in 4.uol.cons.54.in princ.eo.uol. & cons.
110.eo.uol.& cons.17.6.uol.Barb.cons.20.2.uol.& cons.11.2 uol,& cons.12.eo.
uol.& cons.20.eo.uol.& cons.33.eo.uol.& cons.seq.& cons.34.eo.uol.& 57.eo.
uol.cons.58.eo.uol.& cons.72.eo.uol.Rom.cons.62.& cons.102.& 16.& 107.&
120.& cons.164.& cons.117.& uide Fel.in c.nonnul.in prin.de rescr.Imo.cons.9
in prin.& cons.23.& in fi.& 36.& 42.1.uol.& 95.quia cui non conueniunt uer-
ba legis,&c.l.3.§.totes,de dam.infec.ubi scripsi.l.illi.C.de colla.Bar.cons.inci.
in monasterio fratrum minorum Alex.cons.57.2.uol.Fel.in d.c.nonnulli.
Ibid.Vide Bar.in l.4.§.prætor ait.de dam.infec. Et ego dixi in ele.fi. de rescrip.
in gl.ultima.

1 *Gessisse quis dicitur ex administratione modicę rei.*
Item adiuisse hereditatem.
2 *Tutor, qui gessit,tenetur actione directa:non gerens vtili.*
Tutelę actio directa,oritur ex quasi contractu celebrato gerendo.
3 *Tutor,qui gessit postea cessat,remouetur vt suspectus.*
4 *Qui per alium facit,quando videatur per seipsum facere.*

§.Gessisse. Iste §.venit ad declarationẽ l.j.in prin.s.e.vbi
dicit,ꝙ tutor qui nõ gessit,cogit̃ gerere: secus
si gessit.hic dr̃,qs gessisse dicatur. Et gessisse dr̃ q modicũ attigit p
se,vel p aliũ.& sic si cessat,ut suspectus poterit accusari:& q n̄ ges
1 sit,tenet̃ vtili.h.d.†No.ꝙ ex administratione modicę rei dr̃ qs ges
sisse,& obligat̃ actione directa tutelæ.Sicut p administrationẽ mo
2 dicæ rei.vr̃ qs adire,ut dixi in l.gerit.de acq.hę.†No.ꝙ tutor,q ges
sit tenet̃ directa, ille,qui non gessit,tenet̃ utili. Ex quo apparet,ꝙ
actio directa tutelæ orit̃ ex quasi ɔ̃ctu celebrato,gerẽdo. Si.n.nõ
3 gerit,tenet vtili,n̄ directa,vt hic patet.†No.ꝙ ille,q gerit,& postea
4 cessat,põt remoueri,ut suspect⁹:sec⁹ ĩ eo q nihil gerit dixi.s̃.e.l.j.
a in prin.†No.a ꝙ ille q p aliũ gerit,vr̃ p seipsũ gerere,ut teneat̃ dire
cta.An aũt ille q p aliũ gerit,dicatur ipse gerere,ſm veritatẽ, uel
ſm fictionẽ,dixi plene in l.sed si vnius.§.j.j̃.d̃ iiur.Materiã aũt an
ꝙ qs p se põt,possit p aliũ,dic per Dy.in c.põt qs.& ĩ c.q p aliũ,ex-
tra de reg.iur.lib.vj.tãgit̃ per Inn.ex̃.de offi.deleg.c.fi. Gl.magna
est hic ad istud generale,signat q̃dam ar.ɔ̃ria, & nõ soluit.vide eã
& tolle solutionẽ ut dicit gl.ad l.cũ fundũ.Sol ut ibi patet. Ad §.
si qs.dic ꝙ ibi in absentia uẽdidisse non vr̃,sed in præsentia sic.ex
quo p alium facit. & sic cõcordat Dy.Sequitur in gl. & de adop.
l.post mortem §.j.Dic. fallit ibi,qa adoptio nõ est in administra
tione,ut j̃.de manumis.l.seruus furiosi.Dy.Itẽ ꝙ adoptio imitat̃
nãm, ideo non potest ɔ̃hi p ꝓcuratorẽ,sicut filiatio nãlis.Sequit̃
in gl.& C.d̃ his q ve.æta.ĩpe.l.ij.Dic ꝙ fallit ibi:qa venia ętatis da
tur rõne ĩdustrię,quę magis apparet,cũ qs petit p se,q̃ si peteret p
b alium,ſm Dy.Sequitur b in gl.de l.Pau.Solu.vt ibi. Sequit̃,& de
transact.l cum hi.§.fi.hoc non est pro,nec contra.Sequitur & l.li
berhomo.ij.respõso.hoc est pro: quia vterq; tenetur,ut ibi patet:

ADDITIONES.

a Meno.No.Aret.cons.19.nu.1.
b Meno.Sequitur.Maria.Soc.sen.cons.2.col.1.uers. Circa secundam.lib.1.

1 *Tutor an teneatur a se exigere debitum naturale.*

§.Debitor. Debitũ ex alia cã deuoluitur in actionem tu-
telæ.Opp.C.qui da.tu.pos.auth.minoris.Sol.
ista iura hodie corrigunt̃,qa tutor n̄ põt esse,qn sit dbitor, vr̃ credi
1 tor,ꝙ dic,ut dicã ĩ l.p p litẽ.j̃.d̃ excu.tu.†Quęro,an tutor teneat̃ a
se exigere debitũ nãle?Gl hic nõ determinat.Dic,Aut illud debi-
tũ nãle fuit ɔ̃ctum ante administrationem,& non tenet̃ illud a se
exigere:aliás esset sibi damnosum officium suum,absque sui cul
pa,ꝙ esse nõ debet.l.si quis ex signatoribus.j̃.quemad.testa.aper.
aut fuit ɔ̃ctum rõne administrationis,& tenet̃ a se exigere,arg.ci⁹
quod dr̃ de seruo.in l.at qui natura.in prin.de neg.gest.ſm Pet.

§.Si tutor. Tutor finita tutela, tenet̃ admonere minorẽ,
vt petat sibi curatorem,aliás tenetur.h.d.Quæ-
rit gl.qd si tutor admonuit,& minor noluit? Dicit gl.ꝙ tutor est
excusatus,ꝙ Dy.intelligit de curatore ad negotia:secus si ad litẽ.
Nã cogit̃ recipere inuitus, & sic n̄ excusat̃ pp solã admonitionẽ.
Satis puto,ꝙ ipse tutor excusaret̃,ꝙ.n.dr̃,inuitus recipit curatorẽ
ad litẽ,intelligit̃ ad petitionẽ aduersarij, nõ ad petitionẽ tutoris.

1 *Syndicus constitutus ad certum tempus, finito tempore, & lite contestata an possit cogi ad causam prosequendam.*

§.Post completũ. Post ɔpletã tutelã, vel curam,co-
git̃ quis litẽ ceptã pficere, nisi in-
fira litis & rõnes reddiderit h.d.De hoc ltẽs rub.C.ut ca.post pu.
1 adsit tut Facit j̃.de appel.l.tutor. †Quęro,syndicus a fuit ɔstitutus
a ab aliqua uniuersitate usq; ad certũ tps,lis fuit ɔtestata,tps est fini
b tũ,an finito tpe teneat̃ b litẽ ꝓseq:dicerẽ sic Aut tu q̃ris utrũ pos-
sit compelli ad causam peragendam ab aduersario. Et dico,ꝙ sic,
nisi syndicus alleget aliq̃ iustam cãm,de his q̃ ponunt̃ in l.post li-
tẽ cũ l.seq.s̃.de ꝓcu. Nõ.n.põt reuocari in p̄iudicium aduersarij,
vt ibi.Aut q̃ris,an possit cogi ab illa vniuersitate,ita ꝙ ei teneat̃,si
c nõ exerceret?Et n̄ põt cogi,nec tenet̃, c nisi forte cessauerit in red
dendis instrumẽtis,& in reddenda ratione,ut hic dr̃ in tutore.

ADDITIONES.

a Barb. Quæro,syndicus.Vide scribentes in c.1.de syn.ubi Io.de Imo.tenet contra.
b Alex.Teneatur.An syndicus possit cogi finito suo tpe litem per ipsum cęptam fi
nire,uide Bar.in l.fin.ad fi.de appel.& uide quæ no.in l.damni.§. Sabini de dam.
infe.post Bar.cum Bar.tenet Imo.in cap.1.de syn.ubi uide no.per D.Ant.de But.
Adde tu,ꝙ hic dicta p Bar.reprobat Pau.de Cast.cõs.235.inci.uisis, et uisis uisis,
sequitur dictum Bar.in l.1.s̃.de procu.ubi uult, ꝙ ꝓcurator cõstitutus ad certũ
tps ẽt nolente aduersario,finito tpe & lite contestata, non possit prosequi, quia
imputet sibi aduersarius,qui sciebat tps appositum a principio esse finitum.
c Alex.Nec tenetur.Vide Bar.qui idem tenet in l.creditor.§.substi.de app.

LEX VI.

a Quidã decedens. a Si relinqt̃ liberatio a reddendis
rõnib.nihilominus tutor de do-
lo tenetur qui non potest remitti Secus si de damno,ꝙ sua culpa
sentiret.h.d.Cõcor.l.si seruus vetitus.de leg.j.& ibi dixi. & ĩ l. Au
relio §.j.de lib.leg.Op s̃.de pac.l.si unus.§.j.Sol.ut ibi. Opp.de l.si
qs rõnes.j̃.de lib.leg.Sol.illa dẽt intelligi ſm istã,qñ legat̃ libera-
tio ab administrõne p̄terita,ante factũ testm̃: sed si ab administra
b tione futura,dol⁹ nullo mõ vr̃ remissu⁹.b Ita loqr̃ hic:& hoc tenet
do.Dyn.uel aliter in l.ɔ̃ria fuit relictũ quicquid teneret̃ reddere.

ADDITIONES.

a Pom.Decedens.Vide Alex.cons.135.in prin.2.uol.
b Pom.Remissus.Vide Alex.cons.62.uol.4.Barb.68.2.uol.

1 *Iussus gerere de cõsilio alicuius,qñ teneatur illud reqrere,& sequi,remissiue.*
2 *Si executor tenetur voluntatem defuncti exequi de consilio alicuius fratris minoris,an etiam possit sine eo facere,remissiue.*

§.Papinianus. Si tutor iubet̃ gerere de cons.eius,q non
põt esse particeps officij,de honestate il-
lud requirit,sed nõ tenet̃ seq:sicut alias qñ a uolũtate defuncti re
ceditur.h.d. Op.j̃.eo.l.Titiũ & Mæuiũ.in prin.Sol.ibi fuit assũ-
1 ptus,ut† ɔsulior ille qui potuit esse particeps officij,hic mulier,q̃
esse non poterat , ꝙ plene examinaui in repe.l.1.§.si plures.s̃. de
2 exerci.Et hoc facit ad q.Dixit† tellõr,ꝙ executor teneatur exequi
voluntatẽ defuncti de ɔsilio alicuius fratris Minoris,an executor
a sine eo possit facere.Plene examinaui a in 3.lib.Minoricarum.

ADDITIO.

a Alex.Plene examinaui.Vide Bal.in auth.ingres.C.de sacrosan.eccl.& quod not.
Bar.l.a filio.de alim.& cib.leg.& melius Bar.in l.1.§.si plures.de exerci.

1 *Scire sufficit quem sine protestatione.*
2 *Denunciatum esse alicui per aliquem quod sit tutor,an sufficiat.*

1 §.Ex quo. A tpe sciæ periculũ est tutoris, & ignorãtia p̄-
sumit̃,nisi scĩa ꝓbet̃ h.d.†No.ꝙ sufficit quem
scire sinẽ ꝓtestatiõe. Qd̃ ĩtellige qñ ꝓtestatio fit ad notificãdũ tm̃
cũ ille,q est certus,certiorari n̄ dẽat.l.j.ĩ fi.d̃ act.emp.& ex̃ de reg.
iur.c.cũ q certus:sec⁹ si ꝓtestatio fieret ad aliud.l.denũciasse.ĩ pri.
de adul.Dixi ĩ l.2.in fi.s̃.sol. ma.Op.ꝙ teneat̃ tutor a tpe quo fuit
iussus,ut j̃.c.l.q iussus.Huius timore posita ẽ q̃dã distinctio p gl.
q̃ vid & signa.Sed ĩ vltimo mẽbro ĩ quo d̃t,ꝙ tenet̃ ex quo iussus
est.Dy.dicit,ꝙ imò tenet̃ ex die,qua debuit administrõnem acci
pere,& ex quo sciuit se datũ,ut j̃.si tu.vr̃ cur.ap.l.j.& 2.j̃ e.l tuto
res q post.§.tutor dat.Op.C.d̃ pi.tu.l.si tu.Sol.ibi tutor ꝓbat igno
rãtiã ex volũtate,n̄ ex necessitate.Ita d̃t gl.vr̃ veti⁹,sufficit pupillũ
ꝓbare publicã famã,ex quo p̄sumit̃ scĩa.nisi p tutorẽ ꝓbet̃ ignorã
tia,idẽ si denũtiatũ fuit ad domũ,vt no.ĩ l.ɔ̃ria,sic dixi uobis,ĩ l.is
2 põt.j̃.de acq.hr̃d.†Quæro,qd si p aliquẽ est denũtiatũ mihi,ꝙ ego
sũ tutor,an sufficiat?tex.inuit,ꝙ sic.In ɔ̃riũ ẽ,ꝙ n̄ debeã alteri cre
a dere.ut j̃.qd̃ fal.tu.aut.l.2.Est ergo mod⁹ a ꝙ illi,q datus ẽ tutor,
ostẽdat̃ testm̃,vr̃ dicat̃ ei p psonas,q̃ dicãt se uidisse testm̃,adeo ꝙ
si nõ credit,sit ignorãtia supina.l.si qs inficiatus.s̃.deposi.dixi ple
nè in l.non solũ.§.fi.de oper.no.nunc.in materia protestationis.

ADDITIO.

a Barb.Ergo modus,Vide quæ dixi in c.cum contingat.de rescri.

LEX VIII.

1 *Tutor tenetur facere inuentarium.*
2 *Actor constitutus a tutore non facit inuentarium.*
3 *Tutor honorarius facit inuentarium.*
4 *Tutor datus ad vnum articulum tantum,puta ad adeundum, non tenetur inuentarium facere,cautius tamen est,vt faciat.*
5 *Tutor ad lites non facit inuentarium*
6 *Inuentarium debet fieri,quàm primum poterit,vide etiam.nu.7.*
8 *Inuentarium debet fieri coram notario.*
9 *Inuentariũ ut faciat fidẽ cõtra debitores in eo descriptos,dẽt fieri corã iudice*
10 *Inuentario quę res debent poni.*
11 *Inueniri dicitur proprie,quod manibus apprehenditur.*
12 *Inuentario res taliter adscribi,vt tutor ex illo possit conueniri.*
13 *Forma inuentarij posita per Spec.quòd non sit bona.*
14 *Tutor si in inuentario dicit, ꝙ credit tales res esse pupilli, & ad eum pertinere,quod sufficiat.*
15 *Tutor non ponens omnes res in inuentario, quando videatur dolo facere.*
16 *Inuentario necessario expensę inseri debent,& instrumenta, in quibus continẽtur nomina debitorum,citatis nominatim ad hoc ipsis debitoribus.*
17 *Necessaria causa quę dicatur,quando non conficitur inuentarium.*
18 *Causa iustissima quę dicatur,licèt non necessaria.*
19 *Iudex ex causa potest remittere confectionem inuentarij.*
20 *Qui nõ facit,qd̃ scit,vel scire dẽt rõne officij sibi iniuncti, est in dolo p̄sũpto.*
21 *Iuratur in litem contra tutorem propter dolum verum, non propter pręsumptum,& ex quibus causis.*

22 *Tutor non debet aliquid gerere antequam fece it per fecte inuentarium.*
23 *Protestatio apposita ĩ ĩuẽtario si qua nõ apposui apponẽda, et c.nihil releuat.*
24 *Inuentarijcopia quòd debet dari per tutorem aduersario petenti, vide nu.25.*
26 *Tutor qua habeat facere, vt possit administrare.*
27 *Tutor ante cõfectionẽ inuẽtarij põt exped re illa, quæ dilationẽ nõ recipiunt.*
28 *Tutoris scientia sufficit ad translationem iuris deliberandi.*

a **Tutor qui repertoriũ.** a Cõtra tutorẽ, qui non facit inuentariũ absq; cã iu-
raẽ in litẽ, & anteq̃ faciat, nõ põt administrare nisi q̃ dilationem
non recipiunt.h.d. Primo ponit dictũ & exceptionẽ. Scdo effectũ
dicti. Secũda ibi, si qs igiẽ. Prima subdiuidiẽ in duas.s.in dictum,
& exceptionẽ. Secũda ibi, nisi forte. Itẽ secunda ibi, subdiuidi ur
in quatuor. Primo ponit vnũ effectũ. Secundo eius practicam q̃
tũ ad modũ probandi. Tertio ponit aliũ effectum. Quarto, ab co
excipit. Secũda ibi, q ex iureiurando. Tertia ibi, nihil itaq;. Quar-
ta ibi, nisi id qđ. Anteq̃ ponã casum in terminis, scias q iuriscõ.†
1 ponit pro ɔstanti q tutor inuentariũ facere tenetur, b vt l.tutores,
b C.e.& C.arb tut.l.fi. & l.2.§.tutores.ȷ̃ de susp.tut. Hoc præmisso
casus est planus, examinemus per particulas. Primo hẽmus vnũ,
q hic præsupponiẽ, q tutor teneẽ facere inuẽtariũ, ɔcordãtias di
xi s̃. Idẽ in curatore, vt C.đ cur.fur.l.fi. & C.de epis.au.l.de creatio
2 nib.† Sed q̃ro qd đ actore? c Rñ, actor nõ gerit noĩe suo, sed gerit
c noĩe tutoris, & ei⁹ periculo ɔstituiẽ.l.solet.s̃.de tut.& l.decreto.ȷ̃ c.
& iõ ñ ẽ necce, q faciat ĩuẽtariũ, sꝫ sufficiat a tutore eẽ ɔfectũ. Tu
tor.n p eũ gerit.l.ita aũt.§.gessisse s̃.e.sed tutor q daret ĩ locũ absẽ
tis vẽ coadiutor, vẽ qcũq; hẽret authoritatẽ p se, & periculo primi
tutoris, gereret, teneẽ facere inuẽtariũ, p generalitatẽ hu⁹ l. & similiũ.
3 †Quęriẽ d gl. an tutor honorari⁹, vẽ dat⁹ cã notitię, teneaẽ facere ĩ
d uẽtariũ. Et đ terminauit q sic, p generalitatẽ hui⁹ l.itẽ qa p̃ eis solui
4 q hñt cõionẽ ĩ tutela, vt ĩ gl.† Quæro, utrũ tutor dat⁹ ad vnũ arti
e culũ, vt ad adeũdã hr̃ditatẽ, teneaẽ facere ĩuẽtariũ. Ia.de Are.đt q
nõ.l.impuberi.s̃.de tut & cura.da.ab his.ar.C.de tut.vel cura.q la
tiẽ.nõ ded.l.vlt. fm vnã lect. Ita đt ipse, q puto verũ, qa inuẽtariũ
dẽt fieri solũ đ corporib q̃ ĩueniũẽ ĩ bonis pupilli, vt ȷ̃ dicã: sed añ
aditã hr̃ditatẽ nullũ tale reperiẽ, ut ȷ̃.dicã, ergo, &c. Tut⁹ tñ est q
ĩuẽtariũ faciat, & ĩ ĩuẽtario solũ ponat q ĩ bonis pupilli, ipse ĩue-
nit, pupillũ hẽre ius adeũdi illã hr̃ditatẽ, & ita vẽ sentire Cy.ĩ l.tuto
5 res, C.e. Quæro, an f tutor dat⁹ ad lites teneaẽ facere ĩuẽtariũ? Rñ
f q ñ, ut no.C.đ episc.au. l.đ creationib. licet qdã ɔ̃ p l & si ad spẽs
6 ȷ̃.rẽ pu.sa.fo.dic, ut ibi.†Quęro qñ g dẽat fieri inuẽtariũ.tex.ĩ l.tu
g tores. C.e. dicit mox q̃ creati fuerint.qđ qdã ĩtelligũt intra tps, qđ
daẽ hr̃di, qdã intra 4.mẽses, gl.& ibi & hic, & ẽt oẽs Doc.ĩtelligũt
mox.i.q̃ primũ poterit. Facit ȷ̃.de ɔd.& dem l.hæc ɔdõ, q si ñ se
7 cit dolo fecisse vẽ, ut hic.†Sed q̃ro qd si neglexit facere per plura
h tpa, & postea ĩuẽtariũ facit, an admittaẽ ad agẽdũ gl.đt q ñ.ĩmo
dẽt remoueri, ut suspect⁹, & ĩcarcerari.l.3.§.tutores.đ suspe.tu.&
C.arb.tut.l.vlt. Et hoc vẽ tenere Spe đ instr.edi.§.fi.circa pri.§.ubi
dẽ, q ɔ̃ inuẽtariũ p̃t obijci q ñ fuit factũ mox, cũ potuit & đbuit.
i Cõtrariũ puto. i Nã dictę leges dñt, q tutor q ñ facit ĩuẽtariũ dẽt
remoueri, ut suspectus, ergo interim ẽ tutor. Preterea ñ facere in
uẽtariũ ẽ dolus p̃sũptus, ut hic, sed ɔ̃ tutorẽ, q nihil gessit, ad cũ re
k mouẽdũ, ut suspectũ, ñ p̃t obijci dol⁹ p̃sũptus k ut l.hęc.n.§ q ni-
l hil.ȷ̃.đ susp.tu. Tãgiẽ p gl.& clari⁹ p Cy.C.đ susp.tu.l.2. l Dico er
go, q si tutor nil administrauit, licet tardi⁹ uenerit ad ɔficiendũ in
uẽtariũ, & tardius uenerit ad gerendũ, nihil p̃t ei obijci a quocũ-
que: sed si administrauit anteq̃ faceret inuentariũ, nihil põt obijci,
8 qa tutor est, & faceret dẽt, sed posset accusari ut suspectus, ut d.ll.
†Quæro, qualr̃ inuẽtariũ dẽat fieri. Rñ.tex.ĩ l.tutores.C.e.đt, q in
m p̃sentia publicarũ p̃sonarũ: m gl.tñ ibi in uer. p̃sonarũ. intelligit q
sufficit un⁹ notarius. & ita ẽt h.d.& ita ẽt cõiter obseruaẽ. Quæro
utrũ dẽat fieri corã iudice, gl hic dicit, q sic, ar.l.chirographis.ȷ̃.e.
9 Doc.dñt, & bñ, † q q̃tũ ad tutorẽ sufficit fieri ex iudiciũ: sed q̃tũ
ad hoc, ut inuẽtariũ fidẽ faciat ɔ̃ debitores, quorũ noĩa ĩ ĩuẽtario
n scribunẽ, reqriẽ q corã iudice fiat, ut d.l.chirographis.† Quæro n
10 q̃ res dẽnt poni ĩ inuẽtario, tex. ĩ l.tutores.dicit, q dẽat fieri ĩuẽta
riũ oĩum rerũ, & instrorũ. Qđ intellige rerũ.s.oĩum corporaliũ.
Et quod dicit instrumentorum, intellige.i.iurium incorporaliũ,
de qb.apparẽt instra, seu p̃bõnes in bonis pupilli. Et ex hoc ɔclu-
o do o duo. Primo, q debita a pupillo alijs, tutor ñ teneẽ ponere in
inuẽtario, qa illorũ ius ñ ẽ res pupilli, sed ẽ res creditoris ipsi⁹. Pro
hoc tex.in l.ult. C.de alimẽ.pup.p̃st. ñ tñ nego, qn possit ponere si
p vult. Scđo p ɔcludo, q si sũt debita aliqua ipsi pupillo, de qbus in
bonis suis ñ reperiaẽ instrm, q tutor ñ teneẽ ponere ĩ ĩuẽtario, an
teq̃ exigat. Qđ p̃bo, inuẽtariũ dẽ, qa repta, & inuẽta ĩ bonis pupil
11 li ibi đscribũt, ut hoc no.ĩ j.gl.†Sed ĩueniri dẽ illud p̃pric, qđ ma
nib.apphẽdiẽ, ut Insti.đ re.diu.§.itẽ lapilli.C.đ fideiuf.l.si Barsato
rẽ, & no.p Doc.ĩ l.3.đ acq.pos. Sed talia debita ñ inueniũẽ, nec ca
pi p̃nt manib. ergo ñ p̃nt scribi ĩ ĩuẽtario: postq̃ vero illa đbita erũt
exacta, poterũt ĩ ĩuẽtario poni, sicut res đ nouo obuenietes.l.fi.§.
12 tali.C.de cur.fur.† Quæro qualr̃ q res debeãt describi ĩ inuẽtario?
q Rñ.talr̃, q tutor ex illo ĩuẽtario possit ɔueniri.l.fi. in prin.C.arb.
tu. Ex hoc dico, q oẽs res dẽnt scribi p signa, p latera, & cõfinia, si
cut in libello ponerẽẽ, ut dẽ in l.si rẽ.s̃.de rei uẽdi. & l.in actione.
ȷ̃.de fur. Dico ẽt, q tutor dẽt scribere se inuenisse ĩ bonis dicti pu
13 pilli, ut hic, sm q gl.intelligit d.l.tutores.C.eo.†Et p hoc ñ placet
mihi forma inuentarij, q̃ Spe.ponit in tĩ.de ĩstr.edi.§.dicto, ubi di
cit, talis tutor dixit, & asseruit in pupilli dicti bonis primo eẽ talẽ
rẽ, itẽ talẽ, &c. nã sm illẽ formã ñ dicit se inuenisse, sed dicit eẽ in
bonis. Qđ p̃t intelligi de re existẽte ẽt apud aliũ, cuius hẽo petitio
nẽ.l.itẽ in bonis.de acq.rer.do.& sic ex hoc ĩuẽtario tutor ñ pos-
set ɔueniri ad resignãdã rẽ, cũ se eã inuenisse ñ asserat. Et istã for-
mã Spe.arbitror esse corruptã uitio scriptoris, cũ in sequentibus
14 formis sp adijcerit uerbũ, inuenisse.†Quæro, qd r si tutor dicit in
r inuẽtario q credit esse tales res dicti pupilli, & ad eũ p̃tinere, utrũ
f sufficiat? Rñ. inuẽtariũ fit de eo, q inueniẽ, ut dixi. si ergo inuẽta
riũ clare dicit. id q spectat ad inuentionẽ. ut q possessionẽ seu ip-
sam rẽ inuenit in bonis, satis est. Nec puto, q tutor heat necesse as
serere dẽ dñio ipsius rei, cũ hoc ñ subijciat inuẽtioni de facili, p̃.
15 prie loquẽdo.†Quæso qd si tutor in inuẽtario nõ posuit oẽs res?
Rñ dolo facere vẽ cũ oẽs dẽat ponere, d.l.tutores.C.eo.nõ tñ p p
hoc

ADDITIONES.

a Paris. Tutor qui repertorium. De pœna tutoris nõ facientis inuentariũ, vide Ro. cons.128. Ad materiam huius l.vide Ang.cons.277.inci.tutor alimentauit.
Pom. Vide quid per hanc l.dicat Rom.cons.115.

b Facere ten. a tur. Adde, q si plus deberet expẽdi in cõfectione inuentarij q̃ esset vtilitas, tunc non debet tutor cõficere inuentarium, vt in terminis dicit Bar. per illũ tex.in l.mediterraneę, in prin.C.de an.& trib.lib.10. vbi plura dicit in simili.

c Quid de actore? Vtrũ actor dẽat facere inuentariũ, vide Pet.de Anc.in cle.de sta. (mona.

d Men. Quærit. Barb.cons.60.col.1.lib.3.

e Barb. Quæro verum. No.pro q.1.in qua cõsulo nũc, vtrũ tutor q non cõfecit inuentarium de bonis & reb.inter pupillum, & aliũ, sed instituit, vt fieret, an incidat in illam l. Et vide Bar.in l.1.s̃.de tut. Adde Bar.in l.si hæreditas. de test.tu. in prin. Idem dẽt satisdare curator datus ad vnũ actũ.l.mulier.& ibi Bald.de tu.do.

f Paris. Quæro, an. Quid in patre administrante in bonis aduentitijs vide quæ scripsi in l.cum pater.ver.non autem.C.de bon.quæ libe.
Bar. Et vide Ang.in l.si vacantia.C.de bo.vac.lib.x. vbi ponit singularem limitationem, & uide Bar.in cons.194.inci.sras magnificentię vestræ, ubi consuluit cõtra eũ, qui non posuit in inuentario res, quæ erant pupilli & in cons. seq.ubi tangit quo excuset tutor non ponendo res in inuentario, & ibi vide lib.rõnum, & qualiter dẽt confici, vide Bar.cons.239. inci.proponit q Archolus.Goff.vbi consuluit, q si tutor dicit, q talia bona sunt in hr̃ditate nõ sequiẽ q hr̃ditas illa possideat, vñ p õt probari contra, & sic limitat illã regulam.l.fi.C.arb.tut.q non põt probari contrariũ eius, q scriptũ est ĩ inuentario. Et qñ pupillus agit cõtra tutorẽ dicens tutorẽ non posuisse res in inuẽtario, qualis dẽt esse probatio: dic talis, q̃ concludat tutorẽ in dolo, uel culpa.s. q sciuerit illas res, uel cõiter sciebaẽ, uel q diligẽs paterfamilias sciuisset. ita dicit Bar.in cons.inci.cũ p̃dicta examinarẽ. Et an poterit probari p indicia, uide eundẽ ibi, ubi requirit legitimas probõnes. l.si §.licentia.C.de iure delib. Et ita probaẽ in l.fi.C.de in lit.iuran. & l.si defuncti.C.ar.tut. Et ita an poterit probari per iurm.ubi tenet q sic. Sed in cõtrariũ facit q no.in l.si qñ.C.unde ui. Et qualiter dẽt fieri liber rõnum, uide ibidem p eum, & uide Lud.Ro.in cons.115.& in cons.177 ubi disputat, si tutor paternus possit administrare bona uenientia a matre pupilli. Et an curator datus ad lites teneatur facere inuentarium, & an ad exigenda teneatur, &c. uide Spec.in tit.de acto.ab uniuer, uer.puberes autem. Et uide eum in tit.de tut.§.generaliter.uer. utrum curator. & ibi etiam tangit quid possit facere.

g Pom. Quando. De illa dictione mox, uide Ias.in l.fructus.sol.mar.
Men. Ruy.cons.108.nu.9.lib.1. cons.29.nu.10.lib.5.cons.89.in prin.

h Sed quæro. Adde hic Bar.in l.1.§.item solent.de offi.præfecti.urb.& uide omnino Bar.in l.legitimos.in uer.ulterius scias.de legi.tut.

i Paris. Contrarium puto. Vide Cõp.cõs.5.inci.auia paterna. Alex.cons.86.uol.2.

k Præsumptus. Et quid si tutor omisit aliqua scienter ponere in inuentario, uide.l. in cos.s̃.de tut.& ȷ̃.proxi.

l Pom. L.2. Vide Raph.Cuma.cons.15.
Meno. Soc.iun.cons.22, nu 4.lib.2.

m Personarum. An requiratur decretum uide Bal.in Auth.sed cũ testator, C.ad le.Fal.& Bal.in l.1.C.qui bo.ced.poss.& Spe.in tit.de instr.edi.§.fi.uer.quid si hæs.& Sali.in l.fi.§.1.de iure delib.dicit, q nõ est fiendũ in iudicio, & q ita terminat hæc q.in d.l.fi & in §.sancimus.in Auth.de hær.& Fal.licet sm eũ gl.aliter dixerit in d.§.sancimus.in uer.si uero. Bar.in §.hinc nobis.in d.Auth.de hær.& Fal.dicit, q dicta gl facit p opi.Mar.de Fanelata in Spe.ĩ p̃alle.loco, s. q inuẽtariũ heri dẽt corã iudice, Bal.ĩ l.facultas.C.de iure fis.lib.x.tenet, q inuẽtariũ hr̃dis nõ sit fiẽdũ ĩ iudicio, secus ĩ inuẽtario tutoris. & an ĩuẽtariũ dẽat fieri in iudicio, uide.l.de creationibus.C.de epis.& ĩ l.nulli.§.cũ aũt.de epis.& cle.p q̃ iura Ang.in l.1.§.hæc stipulatio.ȷ̃. si cui plus q̃ peri.Fal.tenet, q hæres non dẽt facere inuẽtariũ in iudicio. Cogita: qa ad inuẽtariũ hr̃dis reqrunt testes.l.fi.§.sin aũt.C.de iure delib.§.si uero absint. in Auth.de hære.& Fal.qui nõ solẽt in actio.iudiciariis interuenire.l.in donationib.C.de dona.& cogita. quia de hoc sm Ang.uiderur gl.in d.§.sancimus.in uerbo, nostra. Itẽ hic Adde Bal.per illũ tex.in l.orphano trophos.de epis.& cle.& in auth.si omnes.C.si ut se ab hære.absti.& in l.si tutor.C.in quib.cau.in integ.rest.& ibi dicit, q requiriẽ decretũ iudi. & q õt decernat administrationẽ. Et cum Bar.transit simpliciter Pet.de Anch.in cle.2. de sta.mo. Et de modo inuentarij ponit per Bal.in l.1.C.qui bon.ced.poss. Et adde, q in inuentario hæredis non debet poni legatum relictum post mortẽ defuncti p extraneũ testatorẽ sm Bal.in l.1.in prin.C.ne acti.ab hær.& cõtra hæred.qd limita ut per eũ.ȷ̃.ea.l.in fi. Et ultra hæc dicta per Bar.qualiter pecuniæ, res, & nomina debitorum debeant describi in inuentario, uide l.si quis in princ.& ibi Bal.C.de bo.proscri. Adde quæ requiruntur in inuentario hæredis, cons.73.2.lib.per Abb. Et q inuentariũ hæredis de quo D.Ale.in apostil.reliquit cogitandũ, sit fiendum in p̃sentia iudicis; tenuit Bal.cons.326.3.col.alleg.Spe.in ti.de instr.edi.§.dicto.

n Men. Quæro. Adde q si tutor bono aliquo respectu non describat omnia in inuentario, excusatur. Crauet.cons.275.nu.12.circa med.

o Pom. Concludo. Vide Are.cons.148.in prin.

p Pom. Secundo. Vide Capo.in repe.legis si fugiti.de ser.fug.

q Pom. Qualiter. Vide Bar.cons.32.2.uol.

r Pom. Quæro quid. Vide Pau.cons.72.2.vol.& uide aliquid per Barba.cons.125. Imo.99.in 7.dub.

f Vtrum sufficiat. Vide Bal.in l.fi.C.arbi.tut. Sed an ante aditam hæreditatẽ possit tutor facere inuentariũ, uide gl.& Bal.in l.tutores.C.e.& Bar.in l.cos.s̃.de tute. Men. Bar.Soc.inter cons.12.Maria.fer.cons.159. col. fin. circa med.lib.1. Paris. cons.95.lib.1.in fi.Plotus.in l.si quando.nu.213.C.und.ui.

hoc remoueret ab agẽdo ꝯ d̃bitores, nisi primo remoueret, vt su
a ſpect⁹, vt ĩ. dicã. p̃dicta vera nisi aliqua iusta cã eẽt, pp q̃ ñ posuit,
vt qa illæ res erãt sibi occultæ, vt hic, ibi nisi aliqua necessaria, &
16 c. Facit ĩ. ꝙ vi aut clã. l. ſp. § ĩ hoc ĩterdictio. † Quero an ĩstrumẽta
ĩ qb. ꝑtinẽt noĩa d̃bitorũ, d̃beãt poni p extẽsũ in ĩuẽtario, vr̃ ꝙ sic
l. chirographis. ĩ. e. Et hoc vr̃ tenere Spe. ĩ palleg. §. dicto. vbi dicit
ꝙ ꝯ ĩuẽtariũ opponit, ꝙ ĩsta nõ sũt scripta p extẽsũ in inuẽtario.
puto ꝙ si aliqs vellet, ꝙ ĩuẽtariũ p̃baret ꝯ debitores, deberet scri-
bi totũ p extẽsum, d. l. chirographis. & deberet inuẽtariũ esse ꝯfe
b ctũ corã iudice p̃ñtib. debitorib., vel citatis legitime b ad hoc, alr̃
inuẽtariũ ñ faceret fidẽ. vt ĩ auth. si qs ĩ aliquo. C. d̃ edẽ. & qđ dico
citari hoc intelligo clare. s. ꝙ ꝑpareãt corã iudice ad videndũ ꝯfe
ctionẽ ĩuẽtarij, ĩ quo exẽplat tale ĩstrm̃ debiti. Debet. n. esse clara
citatio. l. aut q afr. ĩ prin. ĩ. ꝙ vi aut clã. & de adu. l. denunciasse. in
prin. Sed q̃tum ad tutorẽ volẽtẽ gerere, sufficit ꝙ sũma, seu snĩa
ĩstri ponat ĩ ĩuẽtario, licet tenore ñ exteso, ar. l. scire leges. ĩ. d̃ legi.
& ita obseruat. Venio ad secũdã partẽ, dr̃ hic, n si forte aliqua ne
17 cessaria aut iustissima cã allegari possit † Quæro, q̃ sit illa cã neces
saria. Rñ pt eẽ primo in ꝑsona tutoris: qa morbo sõtico ĩpedit. l.
q̃siũ d̃ re iud. pt ẽt esse ĩpedimẽtũ ex parte rei: qa ñ reperit adhi-
bita diligẽs inq̃sitio, vt s. dixi. Facit ĩ. d̃ acq. pos. l. iiij. §. Nerati⁹. &
18 ĩ. de leg. j. l. cũ res. vers. sed si Stichus. & ver. itẽ si res. † Quero q̃ di
c cat cã iustissima, licet nõ necessaria? Rñ. si testõr remi- it c ꝯfectio-
nẽ ĩuẽtarij, vt l. fi. in fi. C. arb. tu. ꝙ intellige, nisi ex cã iudici aliud vi
det. arg. l. ꝯfirmãdo. & l. vtilitatẽ. ĩ. de ꝯfirma. tu. l. qdã decedẽs. §.
d vsq; adeo. s. eo. Itẽ si ꝯsuetudo d eẽt ꝙ tutores ñ facerẽt inuẽtariũ,
e arg. s. d̃ legi. l. d̃ qb. e & C. q̃ sit lon. ꝯsuc. p totũ. Et hoc tãgit Spe. ĩ
19 palleg. §. dicto. Itẽ puto, † ꝙ ẽt iudex ex cã possit remittere confe-
ctionẽ ĩuẽtarij, sicut quãq; expedit pupillo nõ hẽre tutorẽ, vel quã
titatẽ p̃rimonij sui ñ manifestari, vt ĩ. ad Tertu. l. ij §. tractari, vers.
ergo ẽt si mr̃. C. de alim. pup. ꝑ. l. vlt. & C. qñ & q. quar. pars debe. l.
20 2. Venio ad 2. particulã p̃ricipalẽ. s. ad ver. sigs igr̃. † ex quo ꝯiũcto
f cũ p̃ricipio no. ꝙ ille f q ñ facit id qđ scit, vel scire dẽt fetẽneri rõ-
ne officij sibi ĩiũcti, ẽi dolo p̃sũpto. Simile ĩ. d̃ custo. reo. l. carceri.
& s. mãda. l. si ꝓcuratorẽ. § dolo. & ĩ. ad l. Fal. l. dolo. Et ex hoc ob
ligat ad ĩteresse, vt hic patet. Venio ad tertiã particulã. s. ad versi. ꝙ
21 ex iurciutãdo. No. † ꝙ licet pp dolũ tñũ iuret in litẽ & nõ pp latã
culpã, vt l. ĩ. j acti. s. d̃ ĩ lit. iura. tñ intelligit ꝓ dolo vero, nõ ꝓ dolo
p̃sumpto, vt hic. Item ꝙ dr̃ in litẽ iurari qñ inuẽtarium non fa
cit, idem puto si faciat & aliquas res nõ posuit, vel obscure posuit
ita ꝙ de bõitate ipsarũ appareat ñ pt. Paria. n. sũt ñ eẽ, & ñ apparere
vt ĩ l. lege. de ꝯhẽ. emp. facit l. cũ res. §. itẽ si res. ĩ. d̃ leg. j. Nõ. n. vr̃ le
gitime fecisse, si ex eo ꝯueniri nõ põt, vt d. l. vlt. C. arb. tut. & C. de
suspe. tuto. l. neminẽ. licẽ hoc verũ ꝯ ipsum tutorẽ ꝯ aũt h̃rdẽ suũ
22 qũo iuret in litẽ, dic plene. C. d̃ ĩ lit. iur. p totũ. † Venio ad quartã
g particulã. s. ad ver. nihil itaq;. in quo hẽs. ꝙ tutor ñ dẽt g aliqđ ge
rere añ factũ inuẽtariũ. Et aduerte diligẽter: qa dicit factũ ꝙ r̃ ꝑ
fectã sig̃at: vt l. j. in fi. s. qđ quisq; iur. Est. n. participiũ p̃teriti tp̃is,
ñ ergo sufficeret eẽ ceptũ, & hoc tenet Spe tit. d̃ tut. § & gñalr̃ ver.
hoc aũt, & ver. seq. Et ĩtelligo ꝑfectũ, qñ ab ipso tutore est habitũ
23 ꝓ ꝑfecto, vt l. ꝯdus. C. de fid. instru. † Quæro, qđ si tutor apposuit
h h in inuẽtario ꝓtestationẽ, ꝙ si qua posuit nõ ponẽda, habeãt ꝓ ñ
appositis, & si qua nõ posuit ponẽda paratus est apponere, vtrum
ex hoc inuẽtariũ dicat nõ ꝑfectũ? Rñ nõ. qa q̃tum est in se, tutor
hẽt ꝓ ꝑfecto. Præterea hæc ꝓtestatio nihil operat. fit. n. circa ca, q
a Parif. Si Titius.Quid si testator relictis multis legatis institueret Titium,& dice- ret,quod Titius non posset esse suus hæres,nisi prius ad impleret omnia conte- ta in testamento,certè per hoc testamentum non vitiatur.Ita in specie concludit Oldr. cons.208. incip.Titius venit ad mortem.in 2.& 3.q. & ita tenet in addit. Spec.in tit de instrum.edit.§.cum verò,in versi.l.in addit.magna.

LEX XVII.

Si plures. Quæro, hic dr̃. plures institutiones,vtrũ istæ plu- res institutiones debeant intelligi esse factæ de di uersis personis,vel de eadem?Gl.ponit primo,q de diuersis perso nis sedo,q de eadem. Nam si diuersis, posito q conditio extaret in persona unius,adhuc debet expectari conditio in persona alte- rius,qui diceretur esse coniunctus in eadẽ parte, l.cohæredi,§.co- hæres,§.tit.j.& l.planè,§.si coniunctim,J.de leg.j.& ita dicit Dyn. Item tenendo sedam lec.opp.quod vltima conditio spectet l.sub diuersis.& l.qd traditũ,cum l.seq.J de condi.& demon.Sol. aliud in hæreditatib. vt hic,& l.si te solum de hær.insti. aliud in legatis, vt ibi. Quærit gl.de una quæst.& uide gl quæ inci.in spem. & ad- de in fi. ibi in princ.& §.j. & l.liber homo,§.si ita scriptum,eo.tit.

LEX XVIII.

Cum seruus. Condõ adiecta in instõne,vr̃ in legato re- petita.h.d. Oppo.de l seruo alieno,§ sub impubere.& l.si quis a filio.J.de leg.j.& l.si.de fideic.lib.Sol.ɔdõ, q uitiaret legatũ non vr̃ repetita,sed illa,quæ non uitiaret legatum sic,vt hic: quod declara,vt dixi in l.licet,J.de le.j & articulũ istum declaraui in l.alia,§.j.J.de cond.& dem. Quæro,de quo seruo loq- tur hæc lex?Gl hic dat tres sol. Prima,q erat seruus proprius testa toris & ista lec.est uerissima.& pone,q seruus habebat cohæredẽ, aliàs ille seruus non posset hẽre libertatem,nec legatum,nullo exi- stente hærede,vt gl.sequens dicit. Et ista est uera lect.alij dicunt,q erat seruus alienus,sed ista lectura est falsa,quia seruo alieno non potest directò dari libertas, l.seruo tuo,C.de manumiss test.& §. titu.1.l.si alienũ. Alij dñt,q loquiĩ de seruo testatoris tpe testi,& alienato uiuo testatore. Ista lectũ est uera,quia per alienationẽ est recessum a libertate, & remanet firmũ legatum & substõ, vt §.ti- tu.2.l.qui filio.§.si quis seruum.& oportet te intelligere,q. habeat cohæredẽ,aliàs nihil ualeret.Sed prima magis placet quia nullam ɔtinet diuinationem.Dr̃ hic,q in legato potest uideri ɔditionem repetitam.Quæro,q est ista conditio.quæ in legato vr̃ repetita?Gl. hic,in ver.ɔdõnem, vr̃ dicere de ɔdõne adiecta instõni,s.si Titius fuerit consul . Alia gl.super verbo,non extiterit dicit ɔ̃riũ. Nã di- cit, q. deficit conditio institutionis , si illa intelligeretur in legato repetita, legatum non deberetur, de alia ergo condõne intellexit. Huius ɔ̃rij timore, lac.de Are.dicit super hoc tex.repetitam con- ditionem statutæ libertatis,vt J.de cond.& demon.l.quia illud di ctum vr̃ falsum, quia tex.dicit, quod libertas fuit data purè, & sic non est statuliber, vt J.de statulibe.l.2. Quid dicemus? Ego dico,q condõ adiecta institutioni,vr̃ repetita,& hoc probat tex.l.quia & hæc gl super ver.non extiterit,male dicit, sed intelligo,non extite rit,quia nolit esse hæres. Sed tu dices, qũo,cum seruus sit necessa- rius,ergo non potest repudiare ? R̃nd.prout tu intelligis de seruo alienato a testatore est clarum, quia est uoluntarius : sed sm̃ pri- mam lect. dicit glo.q. per hæc uerba dat sibi licentiam abstinendi, & facit de necessario uoluntarium,l.verba,§.eo.l.Cornelius,§.de hær.inst. Pone ergo casum sic,dñs reliquit seruo libertatẽ purè & eũ hæredem instituit pro parte sub conditione, si Titius cõsul fa- ctus fuerit, dato sibi cohærede, & adiecit, & si hæres esse noluerit, vel si hæres non extiterit,lego sibi centũ,& omnia sunt plana. Ad argumenta contraria,quę ponuntur in gl.vlt. dic,vt colligitur ex his,quæ dixi in l.licet J de leg.1. Sequentem l.vide per teipsum.

LEX XX.

Mulier. Istam legẽ habuistis examinatã in l.Mutiana, J.de cond.& dem.& hr̃ h.d. Conditio de non petendo in vltimis voluntatib.per acceptilationem impletur. Idem si alio modo

mō de iure peti nō pt,h.d. Op.& vr,φ ipso iure vir nō pōt petere sol. mat.l.2.§.sol.mat.Gl.intelligit,φ fecit vir pactū de dote lucrāda. Vel dic,φ et sol.mat.pt petere,qa hēt actionē,licēt obstet exceptio, & petēdo repellit ab hæreditate. Itē vr,φ non sufficiat acceptilatio,sed sit necessaria cautio Mutiana,vt l.Mutianæ,ff.de cōdi.& demō. Sol.qnq; hæc verba,si neque petijsset,referunt ad ius vt nō petas de iure, & tūc implet p acceptilationē qa amodo nō pōt petere,vt hic,& ita loquit vltimū uerbū d.l. Mutianæ,ff.de cōd & dem. Qnque referunt ad factū,vt nō petas de iure,vel de facto,& tunc nō sufficit acceptilatio.d.l. Mutianæ.prout loquit de Mutiana.Sed in dubio ista verba referunt ad ius in vltimis volūtatibus, l.licēt,ff.vt leg.no.ca.& l.quia,in fi.ff.de ɔd & demō. Secus in ɔtibus,quia intellr de iure, vel de facto, & promittendo non petere non impletur ɔdō,l. vbi pactum,C.de transa. & no.in l.siue apud acta,co.tit.& l.j.circa fi.glo.mag.C.de pac.& dixi in d.l.Mutianæ.

1 *Conditionem impleri de facto quando sufficiat.*

a **§.Si quis hæreditarium.** a Si ɔdō nō pōt impleri de iure,sufficit,φ impleat de facto.h d. Vides hic,φ non est dictio,sic,& tn est ɔdō.alle.

1 l.j.de cond.& demō. Opp. † φ non sufficiat b impleri ɔdonem de

b facto.l.hæc ɔdō. de cond.& dem.& in l.j.in fi.§.quod quisq; iur. & l.eadem.C.si manci.ita fuer.alie.Sol.non sufficit impleri de facto,si de iure potest impleri, aliàs secus,vt hic. Hanc materiā tractant Doct.in d.l.ea quidem,& Dy.in l.quidā cum filiū,ff.de verb. obl.dixi plenè in l.continuus,§.cum quis,eo.tit. Opp.φ ista conditio tanquam impossibilis reijcitur, vt §.eo.tit.l.i. solue vt ibi.

ADDITIONES.

a Pom.Si quis hæreditarium.Intellige secundum Alex.in l.2.§.ex his,col.fi.de verb. oblig.& vide Bart.cons.6.

b Menoc.Sufficiat.Ias.l.si ibi.ff.si cert.pet.Ruin.cons.196.num.2.lib.2.

a **§.Si quis te.** a Substitutus est propriè institutus,vel substitutio est propriè institutio.h.d.

ADDITIO.

a Pom.§.Si quis te.Vide Ray.in l.Gallus,§.& quid si tantum,de lib.& posth.

LEX XXI.

Seruus. No.rōnē huius l.qa est no.Op.de l.talē.in prin.ff.titu.2.Sol.ibi fuit data libertas bis. Primo purè. Scdo sub ɔdōne,ideo valet ex prima datione. Itē op.hereditas non pōt dari in diem,vel sub ɔdōne,l.hæreditas,ff.tit.2.Sol.hæreditas sola non potest dari in diem,vel sub conditione,sed cum libertate sic.

LEX XXIII.

1 *Conditio quando non stat per hæredem quin impleatur, habetur pro impleta, nisi voluntas defuncti repugnet.*

1 **Vter ex fratribus.** Cū tribus legib.sequenti. Op.ɔdō missa,si impedit p casum, dispositio deficit,l.in testō,de cōd.& dem.& l.legatū,de ɔd.inser. Sol. hic erat instō pura,sed diuersarū portionum ɔdōnalis,ff.l.prox.Opp.si vnus fratrū duxerit ɔsobrinā in vxorē,mrimoniū est illicitū,& sic ɔdō est turpis,vt ex de consang.& affi.c.non debet.Sol.de iure canonico mrimoniū tale est prohibitū, sed fm has leges est pmissū. Quæro,qd si vnus de fratrib.duxit illā, & alius erat paratus ducere,& illa noluit, quālr diuidant ipsa bona? Gl.dicit,ille qui ducit habebit dodrantē, alter quadrātē, quia certū erat,φ duob.nubere

2 nō poterat. Vide gl.φ incipit,φ si alteri,&c. † Illud qd dicit lex, qn ɔdō non stat per me , hr pro impleta,est uerum, nisi voluntas defuncti repugnet voluntati aliorum Sed hic repugnat voluntas de-

a functi, a quia permittendo,φ nubat vni,vr prohibere, φ alij nubat. Et sic habes,φ leges,quæ dicunt,φ conditio quæ non stat per hęredē,habetur pro impleta,est verum,nisi voluntas defuncti repugnet. Ita vidistis in l.in cōditionibus,in prin.ff.de cond.& dem. Et hoc idem no.per gl.ff.de verb.oblig.in l.in executione,§.fin.

ADDITIO.

a Paris.Voluntas defuncti. Quando volūtas defuncti dicatur repugnare,vide Com. cons.38.ad med.& Bar.in alle.l.in conditionibus,vide Iason l.3.vers.defendendo Bart.de leg.1.vbi ponit intellectum.

LEX XXVII.

1 *Præsumitur furiosus, ex qualitate sermonis,& qualiter talis suspicio submouebitur.*

2 *Cautela, quòd notarius scribat in testamento causam, quando testator apponit conditionem inhumanam, vel fatuam.*

3 *Quid velit dicere textus dicens in memoriam humanæ conditionis.*

4 *Dominus an ex possessione quis præsumatur.*

5 *Fama an sufficiat ad probationem dominij.*

a **Quidā in suo.** a Conditio q ptinet inhumanitatem respuitur,& ex sermonib.incongruis psu-

1 mit quis non sanæ mentis,nisi probet ɔrium.h.d. No.† φ ex qualitate sermonis quis psumitur furiosus. Si fe de tuto.& cur.da.ab his,l.is q.§.1. & habuistis in l.apud Iul.in fi ff.de leg.1. Op.dr hic, φ iste qui talē ɔdonem apposuit,psumit furiosus Contra ff.de ɔdi.& dem.l.Meuius. Dicit gl.hic,spāle fauore humanæ religionis. Vel dic,vt ibi dixi.Quæro,quō pt ista suspicio submoueri,& pro-

b bari, b φ sit sanæ mentis,vt ex his verbis non psumatur furiosus? Rñ.hoc magis consistit in facto, φ in iure,vt quia erat iocularis,q cā ludendi talia testamenta faciebat, vel faciebat cā humanitatis, & reductus est ad magnam contritionem, & suū corpus despicie-

2 bat.vnde cōsulo,† φ notarius causam inserat in testō,qn talia scri-

3 bunt.† Itē quæro quid vult dicere tex.in memoriā humanæ conditionis.Rñd.duob.mod.qa hō fuerat de terra creatus,& in terra sepelitur,& in terrā reuertit.Vel dic,φ ille,φ tradit eū terræ, facit in me-

c moriā condōnis humanæ.Vltimo gl. c inducit ad qōnem hic ex ser-

4 monib.stultis,præsumitur stultus,seu furiosus.Dicit gl.† φ eodē modo præsumitur dñs,si vtatur possessione, licet non vere sit dñs, qd tene menti.Sed gl.alibi dicit ɔrium,et ex.i.vbi dt,φ ex possessione q s nō psumit dñs.Sed Iac. de Are.

d distinguit plene.Sed ego dico, d & sum alibi solitus distinguere,si quærat,vtrū du qs possidebat tanq dñs.psumatur dñs. Distingue, Aut dñium deducit in iudiciū p modum actionis,aut p modū exceptionis.Primo casu,aut principalr intentat,ut in rei vend.in qua principaliter venit dñiū: aut incidēter,qa est talis actus,i quo venit dñiū

e incidenter.Primo casu dñium dēt probari directō e de iure gen. vl ciuili.l.in rem.§.de rei ven.& l.ita vt sit fur.§.cō.& ibi no.C.de non nu.pec.l.1.& quod ibi no.Fallit qn agitur ɔ eū,q uiolenter accipit, ut l.i.q s emptionis.ver.sed hæc.super illis.C.de pscr.30.an.Secūdo

f casu qn dñium f in iudiciū deducitur incidenter, & tunc aut qs ad

g probōnē dñij inducit possessionē de pñti,& præsumit dñs. g ita hic intelligit gl.& expresse no.in l.sicut,§.sed si quæratur.C.si ser.vē.& tex.cū gl.ss.fam.erc.l.1.& facit quod no.per Cy.C.q sit lō.psue.l.2.in 3.q.prin.in fi.2.q.Nec ob.§.ad l.Aq.l.item Mela,§.pen. vbi dñiū venit in iudicio incidenter,&tn bonæfidei possessor non hr pro dño: qa ibi ɔstabat ɔriū.l.eū n esse dñm:& sic pdicta itellego, nisi ɔrium appareat. Aut ad pbōnē dñij,iducit possessio de pterito. & isto casu possessio nō facit quē psumi dñm.l.& q nōdum sunt.§.qd dr.§.de pig.& no.per gl.in l.2.C.de pb.Facit qd solet dici p Doc.I l.cū res.C.e.ti.& qd solet notari,p Doc.Inst.de act.§.item Seruiana.Si uero dñiū deducit i iudiciū p modū exceptionis,& tūc aut post fundatā intētionē actoris,& psumit dñs.C.de pb.l.siue possidetis. Aut ante intentionē actoris fundatā,& tūc psumitur dñs.l.ob maritorū.& ibi gl.C.ne uxor p ma.& l.1.cum no.C.de priui.fis.Facit ff.de sol.l. Titia.& ibi tetigi.Ad pdcā et facit C.de agric.& cēs.l.litib.lib.11.Et sic

5 dēt.intelligi qd no.i d.l.cū res.C.de prob.& l.4.e.ti.Facit † ad hoc q dā gl.quæ vr velle,φ et qnque sufficit ad probationem dñij,ut not. in d.l.3.C.de prob.& l.at qui natura.§.cum me.ff.de neg.gest.

ADDITIONES.

a Pom.Quidam in suo.Vide Cy.per Cor.fi.ni ver.pactum non oportet.

b Pom.Probari.Vide Lanfr.in rep.c.quoniam contra falsam,de prob.Alex. in l.furiosum,C.qui test.fac.pos.Fel.in c.auditis.de præscr.& vide Ias.in d.l.furiosum.

c Paris.Vltimo gl.Vide Alex.in l.si cum dotem,§.si maritus,nu.7.ff. sol.mat. Men.Soc.iun.consl.135.nu.3.lib.2.Soc.sen.cons.112.nu.22.lib.4 Barb.cōs.41.column.lib.1.& cons.50.col.5.in fine lib.1.Dec.cons.221.nu.8.latissime.Boer.q.42 col.1.23.ubi declarat Alciat.cons.39.nu.1.& quidam io confuet.Paris.titu.1.§.1 glo.1.nu.8

d Pom.Sed ego dico.Vide Bal.in l.non hoc.in vlt.col.C.unde legi.Bar.in l.sicuti,§. sed si quæ.ff.si ser.uen.Fel.in c.cū Bert. de re iu.Bal.i l.si ignorat.C.q acc.si pos.et lige ex psumptione dñiū,p Alex.cons.94.Et qualiter pbetur possessio,uide Barba.cons.8.1.uol.& uide circa dicta Bar.hic Alex.cons.10.Fel.in c.illud,in 3.no. p Bar.cōs.27.1.uol.& seq.& 41.in 2.uol.& cōs.6.uide q posui ad Bar.i l.Tit.ff.de so.

e Probari directō.Et uide circa hanc materiā Abb.in c.cū ad sedem.de rest.spol. & plus dicit in d.c.allegans.tun.in c.illud de psc.uidelicet,φ si testes depōerēt,φ talis a tanto tpe citra,possedit talem rem pro sua,& tanquam suam, φ non propter hoc probatur dominium,de quo etiam dixi in l.cum res,C.de probatio.

f Paris.Quando dominium.Vide Fran.cons.154.col.1.aduerte circa illud quod dicit Bar.hic,φ ex possessione præsumitur dominium,quando incidenter deducitur,quod non solum procedit in mera possessione,sed etiam in ficta.uide Cō.cons.50.inci.Quiuis ante fi.adde,φ licet dominium præsumatur esse penes me, tamen opus est,φ allegem,fm Bal.in l.2.C.de exec.rei iu.uide Ias.in l.nō hoc, col. ult.C.unde leg.uide in materia.Ab.in c.ad sedem.ex.ra de restit.spo. unde omo. Bal.cons.442.uol.3.sed puto,φ dictum Bal.non possit procedere, nisi qn constaret fuisse in nullius bonis,& eo modo procedunt ea quæ ponit Bart. in l.in rē q nobis,ff.de acq.pos.quā forte allegare uoluit Alc.dū alle.Bar.in l.si duo.ad fi.ff. uti possi.quod qn possessione præsumitur dñium,ut ea Papiæ,tunc ex possessione de præterito præsumitur dñium,& rei uendicatione probatur eius intentionē probando solū possess.ita Pract Pap.in for.c.acto.in uer.pro sua col.1.

g Alex Præsumitur dñs.Vide i l.apud Trebatiū 6.neq;.& ibi d x de aqu pluui.arc.

§.Hæredi quem testamento. Sed quæro an sine effectu cogitauerat? Gl.dubitat ueritas est,φ sine effectu cogitauit.vt Azo dicit in l.diui.ff.de iure cod.& Inst.de codicil.§.penul.

LEX XXVIII.

1 *Filius institutus sub cond t one,quæ non potest vltimo vitę spiritu impleri, non debet in eius defectum exheredari.*

2 *Proximior vt quis dicatur,quod tempus inspicietur.*

3 *Filius an possit post mortem exheredari.*

4 *Nepotes quando admittatur in actu moriendi,an acquirant patri ipsorum.*

5 *Medium vtrum inter mortem & aditionem in suo sit dare.*

Institutio facta de filio,si intrauerit in monasterium,an valeat.

Si filius. Filio istituto sub ɔdōne ptatiua,q nō pōt impleri vltimo vitę spū,decedēte anteq ipleat ɔdōne. fit locus substituto, vel venientib.ab intestatō ipso viuo, secus si sub ea ɔdōne q vltimo uitæ spū pt ipleri,qa tūc ipso mortuo admittunt.h.d. Et diu.dr.Primo ponit thema & qōnē. Scdo.qōnē auget, ponēdo dubiū bimēbre.Tertio rñdet primo dub.& illud pbat p sile. Quarto, rñdet scdo dubio.Quinto pōit vnū casum sile primæ rñsioni. Scda ibi,cū nō sufficit.Tertia ibi,nā supior,Quarta ibi,altera uero.Quinta ibi queadmodū,& ista ē valde difficilis lex.In tex.hīs erit f.institutus.Ibi,substituent.f.vulgariter,& si filius decedat anq pareat cō

ditioni:quaeritur an nepos admittatur eo mortuo, vel eo viuo. In tex.ibi quemadmodum nepotes viuo filio,& in actu mortis exñte admittuntur ad haereditatem aui in primo casu,ut hic.& ita haec di ctio,quemadmodum,non ad proxima,sed ad praecedentia refert', fm Dy.Dr hic,q nepotes admittuntur filio viuo condõne defecta.

1 Op.filius illo casu reperitur pteritus.& sic testm est nullum.l.cōmo dissime.§.de lib.& posth.& l.pe.eo.ti.Dñt quidam † filius qui insti tuitur sub ɔdõne,q nõ pt impleri vltimo vitae spũ, dẽt in eius defe ctum exhaeredari,hoc est ɔ casum l.si libertũ.§.exis͡timo.de bo.li. & no.per Doc.in l.si pr.C.eo.ti.Ad ɔrium rñde, q imputet sibi fi lius,q ɔdõnẽ non impleuit.l.suus quoq .de hr.inst.Dr hic,q lega tum cedit eo moriente,& transit ad hrẽde.Contra in l.miles.§. pro patre.ʒ.de le.2.Sol.vt ibi dicam.& facit ad hoc,quod habuistis in l. vlt.ʒ.qñ di.le.ce.& l.ab oĩb.§.cum quidam.de leg.1. Item dr hic in

2 ver.altera.q nepotes erant hri. ɔ.ille ẽ legitimus,q est pximior tpe mortis.§.eu aũt.Inst.de haer.q ab inte.sed hic nepotes ñ erãt nati tpe mortis. Gl.rñdet qñ qs decedit nullo ɔdito testõ,tunc inspicit' quis est proximior tpe mortis.Sed si decedat ɔdito testõ,tunc ille pro

a ximior dr.qui est proximior tpe quo testm destituit',vt hic no.& p batur Inst.de le.agn.suc.§.proximus.& habuistis in l.si qs posthu mos.§.si filius.ʒ.de li.& posth.Sed primum mẽbrũ qñ decedit inte status,intellige,q ille intelir proximus, qui est pximior tpe mortis vel cũ hrditas defertur,ut si aliqs decessit relicta vxore pgnante,in spicitur qui est pximior tpe quo partus nascitur abortiuus, vt ʒ.de suis & leg.l.in testõ.§.pen.& l.item.§.1.q maxime est verũ hodie, vt Inst.de leg.agn.suc.§.placebat.†Oppo.dr hic,q valet exhrdatio, qñ hrs institutus,cum filius morietur.Contra hoc est expressum in l.si ita.§.fi.ʒ.de lib.& posthu.Huius ɔrii timore iste ver.queãdmo dum,legitur trib.mo.principr.Primo sic,q tex.non dicat q testm valeat,imo q non valeat,& hoc casu testm destituitur.i.non valet,

3 & sic refertur ad proximum.& sicut sup.destituitur,sic hic,licet nõ eodẽ mõ,nec eodẽ tpe,vt i gl.Alia lec.principalis est, q valet testa mentũ.Ad ɔriũ rñdet gl.q hic hẽbat aliũ cohrdẽ extraneũ pure in stitutũ,cuius aditione poterat ɔfirmari exhrdatio.& fuit ɔfirmata sed in lege ɔria nõ hẽbat cohrdẽ.Haec sol.est vera i se, licet ɔtineat diuinationẽ.Sed eam sustinendo instat' fm hoc.Qũo testm destitui tur,vt innuitur in lra,queãdmodũ &c.Gl.rñdet destituitur.i. irre uocabilr firmatur morte filii,q a modo non hẽt locũ ɋrela.Vel dic destituitur.i.annullatur viuo filio & ɋrela intentata,vt tangit' in fi. gl.Alii dñt,in l.ɔria dr.q filius non pt exhrdari post mortẽ,hoc est verũ si filius instituat' sub ɔdõne casuali,secus si sub ptãtiua,& i eius defectum exhrdatur,q a tunc pt exhrdari post mortẽ,vide gl.1.ibi, vel dic &c.Ista sol.est falsa.q a est ɔ tex.l.suus quoq;.§. sed & si filio. ʒ.de haer.inst.vbi tex.dicit,q filius non pt exhaeredari in defectum ɔdõnis mistae,vel ptãtiuae,quare dic.q ver.queãdmodũ refertur ad primũ casum,non ad proximũ fm Dy.& cessat ɔriũ,s.q si filius ex haeredet',& alius instituit' cũ filius moriet',non dico post mortẽ,tũc va et exhrdatio.q a filio viuente,& in actu mortis exñte,ille potest adire,nec vitiatur testm in vita Nec ob.l.si ita.q a ibi post mortem filii fuit alius in titutus,hic cum morieť fm Iac.de Aret. Et ex hoc habes tria membra,q a qñq; qs exhaeredat',& alius instituitur post mortẽ eius,& tũc aut hẽt cohrdem,& tunc ualet,vt hic.fm secũdam lec.Aut nõ hẽt coh' dẽ,& tunc non valet.l.si ita.in fi. Aut filius ex heredat' & alius instituit' cũ filius morietur,non dico post mortẽ,& tunc valet exhrdatio,& viuo filio,& in actu moriendi exñte,admit titur haeres institutus:post mortem vero nõ posset adire, vt hic dr.

4 Sed quaero,si admittuntur nepotes,cũ est in actu moriendi , an ɋ rant ipsi filii patri eorũ,& sic post ex psona eius hẽant, an vero ipsi nepotes hẽant iure suo.Gl.arguit pro,& ɔ. Vide gl.q incip. substitu tos.ibi.sed an.&c. Iac.de Are.tenet q nepotes in actu moriendi ñ ɋrũt pri p l.h.in fi.C.de bo.quae lib.allegata in gl.Ego puto ɔriũ.Ad q d.n,esset facta disputatio in hac lege,an viuo filio , vel eo mortuo nepotes admittantur.quare putu q quaerant filio , & ex persona fi lii hẽant.Rñ.ad l.fi.in fi.C.de bo.q lib.quia dico,ibi loq'r in vsufru ctu,q nullus est,cũ incontinenti recedere sperat,qđ esset in eo, qui incontinenti dẽt mori,q a transmittit' ad hrdes suos. Hoc probant tex.in l.2.in fi.& l.seq.ʒ.qñ di.le.ced.Sed tunc instatur,filiusfa. non pt acqrere hrditatẽ,nisi iussũ pris.l.si qs mihi bona. §. iussum. ʒ.de acq.haer.sed pr dũ est in actu moriendi,nõ pt iubere.ergo non esset possibile.q his nepotib.ɋrit hrditas in vita filii?Rñ.dico, q nepos ẽ suus haeres aui,nec requiritur iussus.Et filius efficit' haeres patri suo per mediã psonam nepotis,velit,nolit,& est necessarius hrs. l. filius patroni.ʒ.de bo.lib.& inf.de acq haer.l.q in aliena.§.interdum.Et si tu dices,an p se,& p aliũ filius fuerit hrs,ad qd pdest?Rñ. ad mul

b ta.Et fm hoc † quaero verũ inter mortẽ & adõnẽ in suo hrde sit

5 dare mediũ:Istã qõnẽ format Dy.in l.nã nec emãcipatus.ʒ.de le.1. & gl.sunt ɔriae.Nam in l.si alienũ.§.in extraneis.de her.inst.dicit,q non est dare mediũ.ɔrium notat' in l.Iul.ʒ.de acq.haer.& hic vr ca sus.q inter mortem.& aditione in suo hrde est medium.Nã hic ne pos ẽ hrs suus patri nõ stati,sed qñ pr morietur.Itẽ vr tex. ad Syl.l. §.si pater.& ibi tetigi In ɔriũ videtur tex.in l.si post mortẽ. inf. de le.1.& l.qsitum.§.pñti.e.ti.Aduerte,habes distinguere quatuor ca sus.Aut queris de successione ex testõ,aut ab intestato.Primo casu, aut filius est inst tutus pure,& inter mortẽ, & aditionem nõ est da re medium,ita loquitur gl.in l.si alienũ.& tex.in l.si post mortẽ.§.ʒ. & l.quaesitum.§.pñti.ʒ.de le.1.& ʒ.si qs omis.cau.test.l.1.§.q sunt in ptãte.& alia gl.ʒ.ad le.Fal.l. si creditor. Aut est institutus sub condi tione.& potest esse medium inter mortẽ, & aditionem. l. in ɔdõni bus.ʒ de condi. & dem. & hic. Sed si loqueris de successione ab in testato.tunc,aut nullum est ɔditũ testm,& nõ est dare mediũ.§. sui. Inst de haer.qual.& diff.q intellige.s.q non est mediũ, qñ sit haeres in certa parte.sed in alia parte potest esse medium. Pone,q decessit vxore pgnante.Antequam.n.partus sit in ventre formatus, filius iã natus non est hrs nisi p quarta,quia tres pñt creari. Aut est iam crea tus partus, ita quodamm̃o p naturam pres creari nõ pñt,& tunc est hrs.fm veritate:q a si vnus est ɔceptus,ille est hrs p dimidia, l. cum qdã.§.suũ,de acq.haer.Vñ in illa parte est medium illud tps, qđ pen det an partus formet'.Itẽ si post ɔceptũ moriat', partus in vẽtre erit hrs in totũ:& sic fuit medium in illa parte. Idẽ si fuerũt duo fratres, quorũ vnus postea abstinuit. & hoc verũ de iure cõi , sed per rescri ptum posset post mortem effici suus,vt dixi in l.Gallus.§. & quid si tantum.ʒ.de lib.& posth.& ibi tangitur p gl. Aut aliqd est testm, & tunc põt esse mediũ,q ille est suus hrs,q est pximior tpe quo testm destituit',vt hic, & l.si filius qui pri.ʒ.ti. pxi.& hoc habito respectu ad ius ciuile sed fm ius ptorium,fm qđ filius pt abstinere, nõ est du biũ,q a non est dare mediũ.l.nam nec emãcipatus.ʒ.de le.1 Et hunc respectum certe habuit gl,in l.Iul.nr.ʒ de ɔd.& dem. tñ secuta adi tione vr a tẽpore mortis fuisse hrs, postq nõ abstinuit. l. 1. §. q sunt in ptãte.si qs om.cau.test.Et pdicta vera, si qrat' de medio tpis, sed de medio psonae,secus ẽt, q qs esset suus p mediã psonã alterius. ʒ. de

6 acqui.haer.l.si qs i aliena.§.interdũ. † Sed qro.pr instituit filium sub condõne, si monasterium intrauerit, an põt institui sub tali condõ ne.Et videtur, q sic,quia est potestatiua,& sic ualet,vt hic,& l.suus quoq;.Dy.tenet ɔrium,quia nõ sufficit,q sit ptãtiua solũ: sed opor tet,quod sit facilis,vt hic.& l. suus quoque,secus si sit difficilis.l.hec conditio.ʒ.de cond.& dem. l. 2. eod. ti. Et quod ingredi monaste rium sit difficile,allegat Dy.in Aut.de monachis.§.1.col.1.

ADDITIONES.

a IO. FR. RV. Proximior. Adde Bar.in l.qui se patris.col.1.C.vnde libe.

b Parif.Et secundum hoc.vide quae habes ad Bar.in rub.ff.de cur.bon.dan.

TITVLVS OCTAVVS.

De iure deliberandi.

LEX PRIMA.

1 *Seruo non datur tempus ad deliberandum,licet possit nolle adire.*

2 *Patri & filio simul datur tempus ad deliberandum.*

3 *Monachus institutus aequiparatur seruo in tempore ad deliberandum.*

1 SI seruus. Opp.† & videtur,q seruus debeat habe re tempus ad deliberandum : quia ipse non potest adire. l. cum proponas. C.de haer. inst. Sol. seruus non potest adire, nec repudiare. Adire non, nisi praecedat iussus.l.si quis mihi bona.§.iussum. ʒ. de acq. haer.Item repudiare non potest.l.1.§.per seruum. ʒ. de succ.edi.sed

2 potest nolle adire,sed pp hoc non datur tps ad deliberãdum† Quae ro, quid in filiofa.Credo q debet dari patri & filio simul. quia neu ter sine altero potest repudiare.l.is qui haeres.§ fi.& l.seq.ʒ.ti.2.sed aliud in seruo.quia dominus solus potest repudiare.l.1.§.per seruum.

3 ʒ.de suc.edi.dixi in l.legatum.ʒ.de leg. 1. † Quaero, quid in mona cho instituto,vel succedente ab intestato,cui aequiparabimus, seruo vel filio?Effectus est magnus,quia si filius repudiat,nihilominus pa ter potest adire;l.fi.§.vbi autem pueriliS. C. de bo. quae lib. secus in seruo.De hoc scribo in materia vulgaris substitutionis: tñ in hoc pu to,q aequiparetur seruo,cũ nõ sit spes,q sibi facto sui iuris possit qri.

1 *Tempus vbi non datur certum,est arbitrarium.*

2 *Haeredi,& non legatario datur tempus ad deliberandum.*

3 *Fideicommissarius vniuersalis habet tempus ad deliberandum.*

4 *Fideicommissarius non potest facere inuentarium ex persona sua.*

5 *Tempus quantum detur citato ad respondendum,an velit esse haeres.*

6 *Iudex si det secundã dilationem causa nõ cognita,sit' ēt m̃n ex quando tene t.*

1a §. Ait praetor. No.† tex. hic dum dicit, tẽpus &c. q vbi

b tempus non adijcitur certum, relinquitur

2 arbitrio iudicis. b † Quaero, cui datur tempus ad deliberandum. Dicit

ADDITIONES.

a Pom.Ait praetor.Ad istum tex.vide Alex.cõsi.17.in 1.col.in 3.vol.& adde multos casus,in quibus statur arbitrio iudicis,vt per Barb.consi.10.in 3.vol. Item statur arbitrio iudicis,an aliquid sit antiquum,vel vetus.Ita Io. Cald.in c.quoniam con tra, de proba. Item statur arbitrio iudicis an amicus possit testari pro amico. Ita Sal.in l.eos.C.de test.adde Bar.consi.5 11.vol.Item statur arbitrio iudicis, an ali qui dicantur uicini.Alex.in l.4.§.si tam vicinum.ff.de dam.inf.Item statur arbitrio iudicis,an iniuria sit grauis,vel leuis,fm Bal.in auth si testis.C.de test.Item statur iudicis arbitrio,an constitutio sit rationabilis,vel non,vt dicit glo.in c.1.de con stitu.Adde etiam alium casum per Bart.in l.si constãte.ff.solu. mat. & tale arbi trium imponitur,secundum quam simili esset consuetum, vt dicit gl. in l. quid er go.§.poena grauior,vbi Bar.ff.de his qui no. infa. & tale arbitrium in poenis ex tenditur usque ad mortem,secundum glo.in §.in summa.Inst.de iniurijs , de qua gl. vide late Fel.in c.in literis.de const.

b Alex.Arbitrio iudicis.Et uide Abb.in c.nonnulli. de rescr. vbi in non dispositis a iure committitur arbitrio iudicis.

Dicit gl. q̄ hr̄di nō legatario, cū dānum nō ptineat, l. si hr̄ditatem,
3 s̄. mād.† Quid in fideicōmissario vr̄i? Ex rōne gl. vr̄, q̄ dēat hr̄e tp̄s
ad deliberandū; qa cōmodū & incōmodū hēt, vt habetis Instit. de
4 fideic. hęr. §. si quis.† Et ex hoc ɔcludit̄ ad qōnem, vtrū fideicōmis-
sarius vlis possit ex sua psona inuentariū facere. Et dixi, q̄ sic; qa
inuentariū fit ad hoc, vt cesset deliberatio. l. fi. §. 2. C. de iu. deli. sed
deliberatio cadit non solū in hærede, sed ēt in fideicōmissariū, er-
go &c. Ita dixi in l. in rōne, §. qd̄ vulgo, ad l. Falc. & Spec. de instr.
5 edi. §. dicto. ver. qd si hæres non fecit. † Quæro, tota a dic citantur
a hæredes instituti, vel uenientes ab intestato. & iudex statuit termi-
nū, intra quē dēant rn̄dere, an velint esse hr̄des, vel non, q̄ro q̄tum
b tp̄s b dēt dari? Habes c in prox l. itaque. tex. no. q̄ dēt dari ad min'
c tp̄s centū dierū, & exp̄ssius in l. j. §. largius, de suc. edi. Et ex hoc re-
probaui gl. s̄. de hær. inst. l. si qs instituat̄, §. j. Sed hoc examinat̄ la-
6 tius p gl. j̄. de acq. hær. l. q̄diu. & ibi dicā. † Item q̄ro, dr̄ hic, q̄ seda
dilatio dēt dari cā cognita. Hoc facit ad materiā l. in pecuniarijs,
s̄. de ser. Sed q̄rit gl. si iudex dedit dilationē sine causæ cognitione
vtrū sit ipso iure nullū, qd̄ sub illa dilatione factū sit, vel valeat, sed
annullet p appl̄onem ab interlocutoria de iure canonico, vel per
appellationē a diffinitiua de iure ciuili. Rn̄. vt dixi in l. j. de re iud.

ADDITIONES.

a Pom. Quæro tota. Vide Ias. in rubr. C. de succ. edic.
b. Quantum tempus. Adde tu, q̄ Bal. post Iac. But. in rubr. C. de succ. edi. & idem Bal. & Paul. de Cast. hic tenent, q̄ illud tempus erit arbitrarium, & hanc opinio. dicit Alex. de Imo. magis communem in cons. suo 2. in 2. vol.
c Part. Habes. Vide Rom. cons. 493. quid autē si iudex breuiauit tēpus, an possit? vide Ias. in rubr. C. de succ. edic. & de veritate eius quod dicit Bart. q̄ ad minus debeant dari centum dies, vide Ias. in l. si curatoris, C. de iure delib. & in d. Rubr.

LEX V.

1 Creditorib. hæreditarijs p hærede fit copia instrumētorū ad fundandā replicationem, & sic actori edūtur per reū instrumenta ad fundandam replicationem.
2 Remedium vt edantur instrumenta hæredi per creditores, s. vt fiat proclama.
3 Notarius debet dare copiā instrumēti, in quo habeo obligatū nomē debitoris.

Aristo scribit. Op. q̄ quis nō debeat edere instr̄a aduer
sario, l. is apud quē. C. de eden. & l. j. & l.
1 q accusare, eo. tit. l. sed hic cogit̄ qs edere instr̄a creditoribus.† Sol.
dicit gl. hic loquit̄ ante aditā hæreditatē quo casu fit copia credito
rib. hr̄ditarijs. Sed post aditionē non fit copia, qa creditores inci-
piūt hr̄e aduersariū. & hoc nō ad fundandā intētionē, sed ad fun-
dandā replicationē, sic l. fin C. de eden. licèt ibi de hoc sint opinio-
2 nes, & est casus in l. pen. §. fi. ad l. Falc.† Quæro, hic fit copia instrō-
rū hæredi, de quibus instr̄is loquit̄? Rn̄. de hæreditariis, l. Aristo.
de acq. hær. vel ēt de instr̄is existētib penes creditores hr̄ditarios,
s̄m quosdā. vt gl. dicit q̄ fiet sic, quia iudex faciet proclamari, q̄
quicunque habet instr̄a hæreditaria, vel debet aliqua hr̄e ab hæ-
reditate ostendat intra talem diem, aliàs sibi præiudicat, vt est tex.
in l. j §. cum dr̄. j̄. si cui plus q̄ per l. Falc. Facit optimè j̄. de acquir.
3 hær. l. Aristo. vltimo hic lex probat † vnum, videlicet, ego creditor
habeo obligata omnia bona mei debitoris, & volo, q̄ notarius det
mihi instrumentum, in quo continetur nomen debitoris mei.
Dico q̄ debet dare copiam, vt hic, & l. fi. j̄. de bon. auth. iud. poss.

§. Si maior. In tex. ibi, sine præiudicio, s. aditionis, ideo p̄-
sumendum est, q̄ per hoc non videtur adire,
s̄m Dy. No. q̄ pendente dilatione permittitur hęredi vendere res
hæreditarias. Contra j̄. eod. l. ait prætor. vbi vr̄ speciale in pupillo,
non in maiore, quòd venditio impediatur. Solue, vt ibi dicam.

LEX VII.

1 Alienare qui non potest, quando poterit actiones exercere.
2 Deliberans adire, quando possit pendente deliberatione ad adeūdum, alienare.

Ait prætor. No. tex ibi, absurdū, &c. dr̄ hic, q̄ ille qui nō
pōt alienare, nō pōt actiones exercere. Con-
tra (procurator nō pōt alienare: & tn̄ actionē pōt exercere.) l. pro-
1 curator tutorē, s̄. de procu. Sol.† fateor in eo qui non pōt alienare
suo noīe, sed in eo qui non pōt alienare noīe alterius, nō sequit̄,
ergo non pōt actiones intentare noīe illius, qa pōt hr̄e mandatū
ad agendū, nō ad alienandū, ad qd̄ facit tex. & gl. in l. eius est nol-
le. j̄. de reg. iu. Itē op. de l. Aristo. § si maior. s̄ eo. vbi indistinctè in
psona cuiuslibet deliberantis non admittit̄ alienatio, nisi cā cogni
a ta. Sol. a ibi loquit̄ in magna hęreditate, hic in parua. Præterea, hic
2 pōt diminui cā vescendi pupillū, ibi non ita dicit gl. Tu † autē ad-
uerte quar̄ istæ leges procedant, quia si maior deliberet de adeūda
hr̄ditate, ipse deliberās nō pōt alienare de liberōne pēdēte, nisi cā
cognita, l. Aristo. §. j. s̄. eod. Sed si esset datus curator bonis, ipse, vel
alius, tūc pōt alienare ex cā sine decreto iudicis res tpe perituras,
l. si qs instituat, §. fi. & l. seq. s̄. de hær. insti. Sed si pupillus deliberat,
ēt curator datus bonis nō posset alienare aliquas res, ēt tpe peritu
ras, nisi cā cognita. Et idem puto in qualibet psona infirma, nisi cā
cognita, hic est casus in l. si qs instituat̄, §. fi. s̄. de hęr. inst. & idē, hic
dicit p̄tor, diminui vetabo. & sic loquit̄ im psonar̄ a quocūq;, sed
in l. Aristo. §. si maior. loquit̄ psonar̄, s. de psona eius, q deliberat.

ADDITIO.

a Pom. Sol. Hane sol. sequitur Pan. in c. edoceri, ver. non obstat, de rescript.
* Menoc. Crauet. consi. 90. num. 1.

LEX VIII.

1 Minor potest restitui de eo quod gessit intra quadriennium, quod datur ad restitutionem, & est singulare.
2 Substitutus vel legitimus adeundo hæreditatem non excludit suum ab hæreditate paterne.
3 Dispositio huius l. quod habeat locum etiam in nepote.
4 An hæc l. habeat locum in filio emancipato.
5 Filius qui repudiauit hæreditatem maternam, an possit pœnitere.
6 Tacuit qui semper, intra quantum tempus possit adire.
7 Ille, qui repudiauit, volens adire, quando audiatur, in perpetuum, siue suus, siue extraneus.
8 Si quis dixit, volo repudiare, vel quod hæreditas sibi non expedit, quando inducatur repudiatio.
9 Repudiatio an inducatur dicendo nolo ad re.
10 Repudiare an videatur ille, cui est statutum certum tempus ad adeundum, vel repudiandum, & nihil facit.

Si quis suus. No. notabilē legē, & menti tenendā, & con-
cordat lex fin. C. de repud. hære. Op. de illa l.
fi. C. de repu. hær. Hic dr̄, q̄ permittitur aditio post repudiationem.
Contra, imo intra triennium, vt lege ɔ̄tria So. intellige illā s̄m istā,
vt possit adire intra triennium computandū a tpe repudiationis si
fuit maior, vel intra trienniū cōputandū a tpe vtilis anni, si fuit mi
1 nor. Et sic est casus singularis, † q̄ pōt restitui minor de eo qd̄ gessit
intra quadriennium, qd̄ datur ad restōnē, qd̄ est ibi spāle, sed rīr ɔ̄.
l. doli mali. §. diuersum. j̄. de noua. Itē op. de l. 2. C. de iu. & fac. ign.
vbi post repudiationē n̄ pōt adire. Quidā dn̄t, q̄ ibi tacendo hic ex
2 presse repudiando. Alij dn̄t e ɔ̄. vide gl. ibi. Vel † verius, ibi substitu-
tus, vel ltīus q adiit. vn̄ filius excludit̄ ab hr̄ditate materna, vt j̄. ad
Ter. l. filii. §. 1. suum aūt hr̄dē adeundo ab hr̄ditate paterna, non ex-
cluderet intra dicta tpa. ita loquit̄. hic, s̄m Iaco. de Are. & s̄m hoc,
hic loquit̄ de hr̄ditate paterna, ibi de hæreditate mr̄na, & hæc ē ve
3 ra solutio.† Quæro ergo & reuoco in dubiū, vtrū hoc hēat locum
in quolibet suo tā in filio, q̄ in nepote. Dic, ut l. fi. de repu. hę. q̄ loqui
tur tn̄ de hæreditate pr̄na, sed ista lex loquit̄ in quolibet suo. Et sic
intelligo, & ita sentit gl. in l. nonq̄. j̄. de colla. bono. & l. iusta inter-
pretatione. circa fi. j̄. de verb. sig. vbi pr̄is appellatio intelligitur de
auo. sic d. l. fi. q̄ loquitur de hæreditate paterna, intelligam de aui-
4 ta.† Quæro qd de emancipato. Gl. hic, & in l. fi. C. de repu. hær. dicit
idem, quod in suo, per l. nonnunq̄. j̄. de col. bon. Sed l. nonnunquam
non loquitur de repudiante, sed de volente ɔferre. Est ergo dicen-
dum de filio emancipato, quod dicam de filio repudiante hr̄ditatē
maternam, vt probatur expresse. C. de iur & fac. ign. l. 2. & 3. & ibi
no. & dixi in d. l. nonnunquam licet q̄dā dicāt idē in filio emanci-
pato, qd̄ in suo, p l. p hr̄dē. §. Pap. de acq. hæ. quæ lex modicū facit,
5 vt ibi videbitis. Quid in hr̄ditate mr̄na, vtrum possit pęnitere si re
pudiauit? Gl. q̄ sic in l. fi. de repu. hær p l. filii. §. 1. ad Tert. Aduerte l.
filii. §. 1. non loquitur in repudiante, sed in eo q dicit, nolo adire. Nā
ille, q deliberat p̄t dicere, nolo adire: iō nō p̄sumit̄ repudiare dicen
do, nolo esse hr̄s, nisi sit elapsus annus, postq̄ dixisset, d. l. filii. §. 1. s. d
si repudiasset, nunquam postea posset adire, d. l. 2. & 3. C. d̄ iu. & fac.
igno. & l. sicut. C. de repu. hær. Circa qd̄ dic, vt dixit in l. filii. §. 1. ad
6 Tert.† Quæro, intra quantum tp̄s posset adire ille, q sp tacuit? Rn̄.
a vsq; ad xxx. an. si viuit, sed si decessit intra annū, transmittit ius de
liberandi alias secus. l. qm̄ sororē. & ibi no. & l. cū antiquiorib. C. de
iure deli. De cuius iuris deli. trāsmissione plene, dicā j̄. de re. iu. l. q.
7 duos. in prin.† Sed q̄ro vtrum ille, qui repudiauit exp̄sse audiat̄ in
ppetuū, volens adire in suo. dic vt hic, & l. fi. C. de rep. hęr. in extra-
neo, si est maior, non audit̄. l. sicut. C. de rep. hær. sed bn̄ficio fidei-
cōmissi p̄t cogi. l. nā qd̄. §. fi. ad Tre. Si vero est minor, tūc dēt audiri
nisi bona sint alienata a substituto. l. q̄ si minor. §. Sceuola. s. d̄ min.
8 & ibi gl.† Quæro, qd si aliqs dixit, volo repudiare, vel dixit hr̄ditatē sibi non expedire. Dic, aut hoc ipse dixit post tp̄s datum sibi ad
b deliberādū, & tūc ista verba inducunt repudiationē l. sed si alio. §. 1. & l. oēs q. j̄. ad Treb. Aut hoc dixit an̄ petiti deliberationem, &
tunc ista verba ɔcursu triū mensiū inducunt repudiationem, text.
9 est no. & sin. in l. 1. §. similiq; mō. cū sua gl. C. e. ti. Sed qd si dixit,
c nolo adire? Dico q̄ in illo q dic t, nolle se adire, cum cursu anni, in-
ducitur repudiatio. l. si filii. §. 1. ad Ter. & ita tenet Cy. in l. 2. C. d̄ iu.
& fac. ign. licet Pet. ibi alr̄ dicat. Facit qd̄ no. C. vn̄ lib. l. qui se pri.
vbi vr̄ q̄ idē sit dicere, nego me esse hæredem, & nolo esse hr̄s. Et
ē rō dr̄iæ inter hæc, & ea q̄ dixi in p̄cedēti qone, qa hęc verba sūt
abnegatiua volūtatis deficiētis, nec penitus volūtatē ad aliqd tēde
re, vt si dico nolo esse hr̄s: non tn̄ dico, q̄ hēam aīum repudiādi, sed
magis differendi, vt no. in d. l. 2. C. de iu. & fac. igno. Idē si nego me
hr̄dē, vt no. in l. q. se patris. Sed in qōne p̄cedenti verba ponūt aliq̄
voluntatē adesse, cū dr̄ volo repudiare hæreditatē, vel dixit sibi nō
expedire hæreditatē, vel simia, & iō, vel inducitur repudiatio statim
vel inducit̄ cū cursu minoris tpis. Eadē rōne ista verba volo adire,
vel puto mihi hæreditatē expedire, si proferentur post tp̄s datū ad
deliberandū, induceret aditionē. d. l. oēs q. ad Tre. alias post lapsum
spatium

ADDITIONES.

a Pom. Quantum tempus. Sequitur Are. cons. 150. in fi.
b Pom. Sed, & si alio. Vide per Alex. in l. quia poterat. in prin. eo. tit.
c Pom. Sed quid. Et vide per Ang. & dn̄m meū in d. l. si quis instituatur. s̄. de hæ. inst. IO. FR. RV. Contrarietas. Bar. no. in ver. sed qd si dixit nolo adire. Nā vult in l. 2. C. de iu. & fac. igno. q̄ per ista verba, nolo adire, non inducatur repudiatio sed cum cursu anni. Contrarium no. in d. l. filij mater, & b Alex. in apostil. no. hanc contrarietatem, & Ias. in d. l. 2. vbi plene examinat illum articulum.

spatium triū mensiū d.§.similiq; mō.quia dicta verba ponunt aliquā voluntatē. Et ista sunt vtilia,& singularia. Sed quid si ptor statuit certū tps, intra qđ debeat adire, vel repudiare, & nihil facit.
a Dic q̄ q; illud tps statuitur ei,q est institutus sub ɔdōne potestatiua, vel mista,& tunc elapso tpe hr̄ pro repudiante, sed pro adeunte non potest hri, cum ɔdō non sit impleta.l.si quis instituatur.§.de lx red.inst.& in l.si seruus.J.de bo.auth.iu.pol. Qn̄q; illud tps statuit ei,q est institutus pure,& tūc aut statuitur ad petitionē filij exhfda ti,qui vult intentare q̄relā,& dic,vt in l.scimus.§.f.C.de inof. test. Qnq; statuitur ad petitionem creditoris & tunc elapso tpe hr̄ pro adita.l.fi.§.sed q̄a quidā.& §.seq.C.e. Aut statuit ad petitionē substituti,& tunc elapso tpe hr̄ ꝓ repudiata.l.q̄d.n.& ibi no. J. de acqui. hær. Et sic ista lex non corrigitur: licet glo. dicat eam corrigi in d.l. fi.§.sed q̄a quidā male ibi Doc.reprehendunt ipsam. Ego dixi, q. ista verba hr̄ditatē nō expedire, uel nolle adire, n̄ indicant repudiationē, nisi cum cursu certi tpis, vt s̄.di. i hoc verū, nisi sit cōpulsus adire, vel patiā se ɔpelli, tūc qn̄ ad suū dānū hr̄ pro repudiante, & sic non pt adire.l.nā qđ.§.si quis compulsus.& l.ita eū.§.si patronus.J. ad Treb.& ibi dixi,& habetur in l.gn̄aliter.C.de inst.& substit.

ADDITIO.

a Pom. Si prætor. Et vide per Ang.& dominum meum in d.l.si quis instituatur. supra de h re.instit.

LEX XI.

Qui filium. De hac materia vidistis plene in l. ex facto.§.si quis rogatus.ad Treb.& in l.generaliter.C.de instit.& substit.

LIBER XXIX.

TITVLVS PRIMVS.

De militari testamento.

ADDITIO.

a Paris.De militari testamento.Nunquid in testamento militis requiratur rogatio testium, vide Rom.cons.306.

QVAERIT Dy.super hac rubrica, quot sunt militis priuileg. quæ latius dic in l neque.§.1.J.eo.tit.

LEX PRIMA.

1 *Statuto stante, q; in mal. p.ijs possit perueniri ad condemnationem, non obstante vlla iuris solennitate, dummodo de maleficio constet, quod si testes sint examinati in die Veneris sancti, q; possit perueniri ad condemnationem.*

Clausula, non obstante vlla iuris solennitate, quid importet.

2 *Militis testantis in probanda voluntate, ac hec testis in iudicio examinati, iuris solennitates seruata.*

Militibus. Oppo q. miles debeat testari iure cōi, vt C.eo.l.pe. Huius ɔrii t.more gl.soluit distinguendo tres casus. Vide gl.quæ incip.a solennitate. & istam legem induxi semel ad pulchram q̄onem. Caue
a uetur statuto ciuitatis Assisii, q. in maleficiis possit
1 perueniri ad condemnationem, non obstante vlla iuris solennitate, dummodo constet de maleficio: modo testes fuerunt examinati in die Veneris sancti, quæritur an possit perueniri ad condēnationem. ego fui imaginatus quod vult dicere, non obstante iuris solennitate. Et r̄ndeo,q. tn̄ est dicere, quātum, ad prima iura naturalia redeamus. Probo hoc. De iure naturali omnes liberi nascebantur, & postea superuenerunt bella & concupiscentiæ, & inde secuta sunt matrimonia,& quidam sunt legitimi,& quidam non, quidam liberi,& quidam serui, ut in Auth.quib.mod.nat.effic.legi.§.liceat. modo qn̄ Imperator restituit natalib.restituit ad pristinum ius non obstante iuris obseruatione d.§.liceat.& in Auth.quib.mo.na.effi. sui.§.illud. Modo in proposito cū dr̄, non obstante iuris obseruatione,tn̄ est dicere quantum redeamus ad pristina iura naturalia sed de iu.naturali in ore duorum, vel trium stat omne uerbum, vt in c. nouit.extra de iud. Item solennitas feriarum est de iure ciui. nō naturali.l.oēs.&. l.actus.C.de fer.q pōt per legem tolli, et si esset in honorem Dei inducta.l.prouinciarum præsides.C. de fer. & ibi dixi. Itē ii.fm est iuris ciui.l.infamādi.C.de testib.dummodo parti defensio non auferat,q̄a defensio est de iure naturali.l.ut uim. de iust. & iu.& in c.past.extra de re iu.in cle.Et hoc ꝓbatur in tex.vbi milites pn̄t testari qualitercunq; uolunt; quia remissa est eis iuris sole-
2 nitas,dēt cō duob testib. ꝓbari.ad idem C.fam.ercis.l.fi.Sed an, q̄n isti testes examinabunt in iudicio requirit iuris solēnitas.R n̄d.sic.l. Luc.J.e.ibi,his ꝓbationib Nā in eo qđ venit expediendū per ipsū militem est remissa solēnitas,vt hic.Sed in eo. q. venit expediendū per iudicem, vel per hæredem, secus.vt s̄.eo l.in fraudem.§.fi.

ADDITIO.

• Man.Are.consi.12.nu.4.

a Pom.Caueur. Et vide Bar.in consi.suo 181, Quæstio est talis, vtrum statutum, vbi disputat, si statutum aufert solennitatem, utrum intelligatur de ea quæ est ad esse, an de ea, quæ est ad bene esse.

LEX III.

1 *Contrahere qui potest tanquam tutor, & tanquam priuata persona, si contrahit simpliciter, quomodo videtur contrahere.*

2 *Qui poterat, vt arbiter, & arbitrator procedere, si eligit viam arbitri, an possit redire ad aliam viam, remissiue.*

a Si miles. a Illud quod ex nr̄a voluntate dependet intelli facere oī iure quo melius facere possumus.h.d.No. tex.ibi, neque enim,& c.Sed quid in ɔtrib, vbi † quis potest contrahere, tanquam tutor, & tanquam priuata persona, & ɔxit simpliciter? De hac quæstione dicam in l.post mortem,§.j.q̄n ex fac.
2 tur. Dy.† inducit hanc legem ad quæstionem compromissi in Titium tanquam in arbitrum,& arbitratorem. & elegit viam arbitri an pt̄ sit redire ad aliam viam? Dixi in l.si demum J.de furt.& Spec.ponit in tit.de arbit.§.sequitur, vers.quid si compromissum.

ADDITIO.

a Pom. Si miles. Circa hunc tex.vide Fel.in c.ex officij,de præscript. Bart.cons.58. in 2.uol.Panor.consi.105.uol.2.
Men.oc.Alciat.tract.præsump.reg.3 præsumpt.15.

LEX VII.

a Qui iure. a Idem intelligo in auth. ex causa, qđ illa auth. nō habet locum, vbi testator facit legata magna & non cogitat de filijs, vel ignorat vxorem prægnantem. Probatur J.cod. l.militis,§ miles. & probatur in auth.ex causa, C.de liber.præter. & s̄.de iniusto, rup.& irri.testam.l.filio præterito.

ADDITIO.

a Paris. Qui iure. Ad declarationem huius l.no.quod opus est, constet de ista generali uoluntate, secundum Ang.in auth.ex causa, C.de lib.preter. Item & Rom.in l.sicut certi, C.de test.mil. Arg.in l.qui Romæ,§.duo fratres,ff.de uerb.oblig.in l.tres fratres,ff.de pact.& probat iste tex.si ponderatur.
Pom. Vide Cors.ang.in uerbo, substitutio, inc.p.vbicunque.

LEX XI.

1 *Sermo intelligitur secundum conditionem persona ad quam dirigitur, num.3.*

2 *In lex ex causa potest reseruare notario condemnato de falso, vt possit instrumenta facere.*

a Ex militari. a Sermo † dēt intelligi fm ɔdōnem personæ
1 ad quā dirigit.h.d.No.tex.ibi, nā eum.Opp. q. ɔdēnatus de crimine capitali, nō possit facere testū.l.si qs filio exhǣdato §.irritū,s̄.de iniu.r.test.Sol intellige hoc iudice, vel principe pmittente in fnia, l.si qs in prunc.testi,§.miles,J.de leg.3.& J. de vetera.& mi.tuc.l.j.& no.in l & militibus,C.eo. Facit ad q̄stionem, an iudex possit reseruare notario ɔdēnato de falso, vt possit
2 facere instrm. Et † vr̄,q. sic. Doctores dn̄t,q. causa cognita potest, aliàs nō, vt l.nō pōr,J.de furt.& l.diuus,J de iniur. & ibi vt casus, & Cy.ponit in l.& militib.C.eo. Op.de l.si q̄n,C.de inoff.test.vbi dēt facere de iure cōi. Sol.hoc ideo, quia si cū milite loquebat. in-
3 telli, q. facit de iure militari. Nam sermo † dēt intelligi fm ɔdōnē psonæ, ad quā dirigitur, vt hic, & l.plenum,§.equitij, s̄.de vsu, & hab.& per Dy.in c.ea quæ à iure cōmuni, extra de reg.iu.lib.6.

ADDITIO.

a Pom. Ex militari. Vide Barbat.consi.2.in 2.uol.
Men.oc.Alexander ab Alexandro,lib.2 genial.dier.cap.13.

1 *Hæreditas patris non adita a filio suo existente in potestate transmittitur ad quemlibet successorem.*

2 *Differentia inter extraneū, & suū, quo ad transmissionē hæreditatis nō aditæ.*

3 *Hæres filij repudiantis propter existentiam suitatis, an possit adire, quod filius hæres repudiauit, remissiue.*

1 §.Si filiusfamilias. Cum l.seq. vsque ad §.deportati, Quæro an hæreditas† pr̄is nō adita a filio suo exn̄te in ptāte, transmittat ad quēlibet successorem, vel nō? Gl. dicit q. trāsmittit ad suos. vt hic no.& dicit tex.l.j.C.de his q ante aper.tab.p l apud hostes, C.de suis & leg.& vr̄ casus ibi. & idē tenet in l.2.ad Orfic. ad ex̄neos non, vt no.gl.in l.si infanti. C.de iu.deli.idē sentit in l.si fratris, eo.tit. Hoc dictū vr̄ ɔ casum legis nr̄æ & l.hæreditate,§.filius, J.de castr.pec.& l.qui duos,§.cū in bello, J.de reb.dub. & l.Lucius, J.de iu.fi.& l.apud hostes, desuis & leg. In quibus legib. vr̄ expressum q. transmittitur ad quemlibet. quare Mar.Syl. & Iac.de Bel. dn̄t gl.sic verā nisi filius impediāt adire iusta ignorātia, vel alio iusto impedimēto, tunc.n. ad quoscūque transmittit. Nam oēs leges allegatæ in gl vr̄ loqui, vbi filius impedit adire pp̄ iustum impedimētum. Ita tenet in Auth.de trien.& semiss.§.j. Alij Doctores tenent indistincte, q. transmittit ad quoscū.j; p p̄allegatas leges. t. hāc opi.tenet Iac.de Arc.& Pet. & Vltramō.& Rich.Malumb.& Pet.in l.apud hostes. & Rayn.de Foil & idē Ray.de Monte Vbiano tenuit consulendo. Hanc opi. puto esse verā, & sæpius sic de facto cōsului, & ista distinctio iusti impedimēti nō placet, p l.liber homo, §.j.J.de stip.ser.vbi est tex. q. si illi cerauit in iure, n̄ existentia hæredis sui, hæreditatis pr̄næ acquisitionē operatur. Et probo hac rōne beneficiū abstinēdi fuit introductū in fauorē filiorum, vt non teneantur creditorib.nō in odiū suum, sed si hæreditas nō adita non trāsmittit.& sic priuaretur transmissione, quā habebant de iure antiquo, iam illud beneficium esset in eius odiū inductū, qđ esse non dēt.l.si filius qui patri, de vulg.& pup. & l.apud hostes, C.de suis & leg. vbi dicit sua,&c. Dices tu, hoc posset esse odio filij. Quid.n.si hæreditas filij soluendo non esset? Dico, q. nou est odiū, quia sicut filius viuens habebat ptātem abstinendi, vel immiscēdi, ita transmittit. vt J.ait.j.l.si quis filiū,§.j.& ibi no. Contra hāc opi.facit J.ad Tert.l.2.§.si qs ex liberis.vbi vr̄ casus, sed tene sedam lec.positā in gl.& facit ɔ C.de iure delib.l.si infanti, vbi dicit, oēs hæreditates intelligas, s.ex̄neorū.& codē modo, C.de cad.toll.l.j.§.i nouissimo.vbi dicit, hr̄ditates nō aditas nō transmitti, intelligas s.ex̄neorum. Item ɔ hoc facit l.j.C. de his

de his q ante aper. tab. vbi ex spali beneficio trāsmittit hęreditas, & tñ loquit de pſna. Sol. illa lex loquitur de hæreditate ascendentium, & ēt eorū q in ptāte non hñt: & inquātum loquit de patris hæreditate, qui hēt eū in ptāte, illa lex nullum inducit spāle. Item facit ℨ pdictā l. cū antiquioribus, C. de iu. delib. vbi vr̄ dici idem in filio, quod in extraneo, ꝙ decedens transmittit ius deliberandi.

2 † Sed tu dic, si filio est statutum certum tēpus ad deliberādum, & deced r, interim est idē in suo, quod in extraneo, sed si nullū tempus est statutū, tunc remanet dfia inter suū. & extraneū, quia suus ad quoscūque & q̄cunque transmittit, sed extraneus intra annū tantum. † Item quæro. cū filius a repudians remanet hęres, vtrum

3 existētia sui hæredis operetur, vt hæres filij possit adire illud, quod ipse filius repudiauit. tex. ꝙ non. in l. j C. de his qui ante aper. tab. Istam materiam latius tractabo ℑ. ad Tert. l. 2. §. si quis ex liberis.

ADDITIO.

a Pom. Quæro cum filius. Vide Ias. in l. qui patris, C. vnde lib.

LEX XIIII.

1 *Clausula, non obstante iuris solennitate, operatur quod videtur res reducta ad primum ius naturale, idest gentium.*
2 *Ius gentium duplex est, & cadit in seruo.*
3 *Priuilegia militū in testando circa formam & solēnitatem testī, sunt nouem.*
4 *Priuilegia in testamentis militum, circa personam testantis.*
5 *Priuilegia concernentia personam instituti.*
6 *Priuilegia militis circa substantiam dispositionis.*

Neque enim. Ad euidentiā no. ꝙ circa testm̄ sunt multæ solēnitates. Quædā circa formā testi, & ipsum testm̄. Quædā circa personā testantis. Quædā circa psonam instituti, seu legatarij. Quædā circa substantiā dispōnis. Et circa quodlibet illorū vr̄ dispensatū, per illa verba posita ℨ. eo. l. j. §. te stent q̄uo velint. Sed hic loquit de solēnitate, quæ est circa personā instituti, q debet esse capax trib' tpibus, l. si alienū, §. in extneis, de hær. inst. Op. de ver. sed si seruū, ad ver. deportati. Nam in j. ver. dr̄, ꝙ non capax pōt institui, in seq. nō. Gl. sup verbo, & fere, dicit, ꝙ verbū, fere, tollit ℨriū. Glo. bene soluit, sed non p hæc verba, sed soluit per illa verba posita ℨ. e. l. j. q̄ militibus oīs solēnitas iuris est remissa. vr̄ ℨcessum, ꝙ pn̄t institui oēs, q sunt capaces de iure gen. Sed si non sunt capaces de iu. gent. nec de iure ciui. tunc non pn̄t institui. Et hoc tene mēti, qa facit ad illud, qđ dīt statuta. Non obstante iuris solennitate, q̄ verba intelligunt, qa redit ad primū ius nālc, vt dixi ℨ. eo. l. j. & intelligas nālc ℑ. de iu gen. Et ius gentiū est

2 † duplex. a Primū qđ fuit eo ipso, ꝙ gentes fuerūt, non ēt cōe cum

a brutis, vt, ꝙ promissa soluant. Et illud ius gentiū, adhuc est in seruis: quia nāliter obligant. Quoddā est ius gentium, quo oēs gentes vtunt, introductū vsu gētiū. l. j. in fi. ℨ. de iust & iu. Et istud ius nō cadit in seruo, qa p ius gentiū est introducta seruitus, quę impedit hoc l. manumissiones, ℨ. de iust. & iu. & ideo illa verba, remissa oī iuris solennitate, reducunt ad ius gentium. Non n. ad primū tm̄, qđ fuit eo ipso, ꝙ gentes fuerunt, sed ēt ad id, qđ fuit introductū ex vsu gentiū. Vn̄ id qđ non cadit in seruū, non vr̄ remissū, vt hic. Vltimo videamus priuilegia militū. Dy. enumerat ℨ. eo. sup rubr.

b Tu vero b latius, & melius dic ꝙ in testō sunt ℨsideranda quattuor

3 priuilegia militum. Primo ipsa forma † & solennitas testi. Et circa hāc vr̄ dispensatū in nouē. Primo in numero testium. Scđo, qa nō requirunt rogati, s̄m distin positā ℨ. eo. l. j. Tertio, ꝙ non tenet filiū instituere, vel exhæredare, dum tñ facit scienter, vt ℨ. eo. l q iure, & l. militis, §. miles, & C. eo. l. si cū vel in vtero. & l. sicut certi. Quarto, qa agnatione sui hæredis, vel p legē Velleiā non rūpitur, licēt sit pteritus, ℑ e. l. idē. Quinto, quia pōt instituere in codicillis, l. militis codicillis. in prin. ℑ. eo. Sexto, qa facilius testm̄ ℨfirmatur, l. in fraudē. §. j. & l. militis, §. veteranus. Septimo, quia in substōne pupillari non requirit ꝙ sibi fiat testm̄, l. miles ita. in fi ℑ. eo. Octāuo, ꝙ ad ℨfirmationē tabularū pupillariū, non requirit aditio, d l. miles ita, in fi. Nono, quia pōt decedere cū duob. testis, vt ℑ. c. l. q̄re bat. Et circa oīa ista dispensatū vr̄, p illa verba posita ℨ. eo. l. j. faciant testm̄ q̄uo velint. † Scđo est ℨsideranda persona testantis, circa

4 quam vr̄ dispensatum. Primo in damnato de crimine capitali, l. ex militari. ℨ. eo. Scđo, in dubitante de statu suo, ℨ. eo. l. ex militari, §. si miles Tertio in muto, & surdo, vt ℨ. eo. l. iure militari. In eo vero, qui est seruus hostiū, vel qui est pupillus, non est dispensatū, vt ℨ. c. l. facere, & C. eo l. fi. Rn̄deo. Rō ēst, qa impedimentū seruitutis est iuris gentiū. Itē impedimentū discretionis qđ est in pupillo sūr est iuris gentium. Vnde ad hoc non porrigit dispensatio, q̄

5 inducit per verba posita ℨ. eo tit. l. j. † Tertio est consideranda persona instituti, seu legatarij. Et hic est aduertēdum. Q̄nque quis est impeditus de iure cōi, pp defectū iuris gentiū, vt quia seruus, & tunc in hoc non vr̄ dispensatum cum milite, vt ℑ. ca l. §. sed si seruum, & qđ ℨ dixi. Aut pp impedimentū iuris ciuilis. & tunc aut si esset dispensatū, tolleretur ius alterius, & non intelli̇r dispensatum, vt ℑ. eo. l. in fraudē, in prin & l. dotalē. qđ no. ad ea q̄ ibi dixi. Aut non tollerēt ius alterius, & tunc intelli̇r dispensatū in tribus. Primo, qa pōt institui ille, qui aliās non pōt, vt hoc §. si deportati. Secundo, qa sufficit, ꝙ sit capax tpe mortis, vt hoc eod. §. Tertio, quia fauore militis est constitutum, ꝙ non possit relinquere mulieri, in qua est turpis suspicio, l. miles ita, §. mulier, ℑ. eo. §. Sed hoc non est vigore illorum verborum positorum. ℨ. cod. l. j. sed ex re-

6 scripto diui Adri. d. §. mulier. Quarto, debemus considerare ꝙ ipsam dispōnis substantiam. Aut quis est prohibitus disponere, ne auferat ius alterius, & tunc hæc prohibitio durat etiam in milite, vt ℑ. eod. l. cum filius. & d. l. miles ita. §. mulier. Aut ius alterius non aufertur, & tunc, aut iō est prohibita dispō, quia ℨ edicta prætoris, vel ℨ bonos mores, & non vr̄ dispensatum. l. si a milite. §. edictum. ℑ. eo. Aut alia rōne est, phibita dispō in priuato, & tunc vr̄ dispēsatum in septem. Primo, qa miles pōt instituere ex re certa, & sic decedere pro parte testatus, & p parte nō, vt ℑ. eo. l. miles. in prin. Scđo, quia sufficit qđ institutus sit capax tpe mortis, vt hic cer. & gnaliter. Item pōt instituere in diem & ex die, vt ℑ. eo. l. miles ita. in prin. Tertio, quia pt extraneo substituere directo, vt ℨ. eo. l. miles etiam. & de vulg. & pup. l. centurio. Quarto q a obliqua trahitur ad directam, vt ℑ. ea. l. §. fi. & seq. Quinto, qa enunciatiua emissa pp aliud, inducunt dispositionem. C. eo. l. ex his. Sexto, qa emancipato substituit directo, vt inf. eo. l. miles. §. exhæredato, sed illud est idem cum tertio. Septimo, quia potest hæredem grauare, vltra dodrantem. l. si certum. §. fi. cū l seq. inf eo. & C. ad legem Falc. l. in testamento.

ADDITIONES.

a Pom. Ius gentium est duplex. De veritate huius doctrinæ, vide Ias. in l. j. in prin. glo. magna. ff. de acq. poss.

b IO. FR. RV. Tu vero. Adde Bal. in l. milites. C. eo. tit. ubi formaliter recitat doct. Bar. hic, & illā sequitur inferendo ad plures quæstiones Ang. de Are. in §. pe. Inst. eo tit.

1 *Hæreditate non adita fideicommissum debetur homini libero.*
2 *Paganorum in testamento, quando conseruetur libertas, hærede decedente, hæreditate non adita.*
3 *Institutus si decedat testatore sciente, & non habente tempus ad prouidendū, conseruatur libertas, & hęreditas.*
4 *Vulgaris tacita cōprehensa in expressa pupillari, nō requirit aditionē. (tutus.*
5 *Vulgaris tacita vtrū expiret, & si pupillus decedit, cui pupillariter fuit substi*

§ Cum miles. Fauore militis, & fauore libertatis, & in-stōnis, fideic. libertas trahitur ad directā. h. d. Op. & vr̄ q, istud sit de iure cōi pp defectum instituti, cum hæreditas fideicommissario nihilominus debeatur. l. pe. §. cum ante m C. ad Treb. Gl. in l. seq. in ver. subueniendū. quæ inci. ex testō. fat e-tur ℨrium. qū fidicicommissarius homo esset liber. in quē action es

1 possent transire, vide gl. & id. quod dicit gl. est falsum, † quia hæreditate non adita fidei commissum non debetur libero homini. l. i le a quo. §. si de testō. inf. ad Tre. Non ob. l. pe. §. cum autē. C. ad Treb. quia ibi decessit post aditam hæreditatem, licet sine hærede decesserit tñ hæres institutus intelli̇r. Et hanc opi. tenent oēs Doc. Iac. de

a Are. Iac. de Rau. Cy. & omnes Mod. Item opponitur, a dr̄ q, in te-

2 stamentis paganorum ℨseruatur libertas. Contra de l. Antoninus.

b inf. de fideic. lib. Sol. † in testō militis siue decedat viuo testatore & sciente, siue nō, cōseruat libertas, & hr̄ditas. Sed b in testō paganorum, si decedat testatore sciente & tps ad deliberandū, siue ad prouidendum habente, ℨseruatur libertas tm̄, nō hr̄ditas. l. Antoninus præal. Sed si decessit ipso ignorante. tunc cōseruatur libertas & hæ-

3 reditas, vt hic. † Sed quæro quid si decedit institutus testōre sciēte, sed non habente tps ad prouidendū, an ℨseruentur libertas & hr̄ditas: Dico ꝙ sic l. tres tutores. de admi. tut. & l. Athletæ. §. dat remissionem sup. de exec. tutorum facit optime C de inoffi. testamē. l. 3.

4 † Vltimo per istam legem ego dico, ꝙ tacita vulgaris, quæ ℨtinetur in expressa pupillari, non reqrit aditionem, vt hic, inducendo sic, si est. n. tacita vulgaris, quæ continetur in fideicommissaria, non reqrit aditionē, ut hic. ita nec tacita vulgaris, q̄ ℨtinetur in expressa pu

5 pillari, ut dixi in l. 1. ℨ. de vul. & pup. Itē induco hāc legē † ad aliud, quod decessit pupillus, cui pupillr̄ quis est substitutus, vtrum expiret tacita vulgaris. Dixi in l. 1. sed dico, q, debet distingui, sicut distinguit in l. sta, aut decedit institutus testōre sciente, & ad prouidendum tps habente, aut non. vt hac lege distinguitur, qđ tene menti.

ADDITIONES.

a Paris. Item op. Dr̄, ꝙ ad corroborationē, qū testator habuit tempus ad prouidendum, & non prouidit sit ei imputandum, vide ad Bar. in l. 3. C. de inof. testam.

b Men. Sed. Soc. fen. consil. 116. col. 2. li. 1. Ale. cons. 15. col. 3. li. 1. Ang. cons. 40. lib. 2.

LEX XVI.

In fraudem. Istud principium declarabo inf. proxi. §. fi. cut ibi dico plene.

1 *Solennitas eadem requiritur in d struct one testamenti, quæ in constructione*
2 *Resigillans testa mentum cancellatum, quando in dubio videatur facere causa renouandi.*
3 *Sigillando quando quis videatur approbare.*
4 *Notarius si cancellauit instrumentum, & postea dicit, quod errore fecit instrumentum probat.*

§. Sicut. Not. text. ibi si tñ. & c. ibi, & iō cum miles induxisset. Quæro q̄ solēnitas requirat ī testī destructione? Rñ. ea, quæ requiritur in ℨstructione eiusdem, ut hic coniuncta l. 1. ℨ. e.

1 Quæro. quid in dubio resigillat † quis testamentum cancellatum, an in dubio faciat cā renouandi? gl. q. non, sed magis ne legatur, vide gl. quæ incipit, quam causam, & hanc opi. tenent do. Old. Sed q, dam Doc. ℨ Dy. Multum facit ℨ inf. eo. l. tribunus. §. fi. cum concordantiis ibi positis. vbi sigillando quis videt approbare iam factum. Ego dico sic, duo sunt actus aperire testamentum, & resigillare. Si quidem quis aperit testamentum incidendo tabulas, non incidēdo filum tñ, & cancellando, seu inducendo testm̄, tunc ex hoc actu

Bar. super 1. Inful. S 4 præsu-

præsumitur mutatio voluntatis, & licèt postea resigillet, nō vr̄ facere, vt approbet, sed magis ne legatur, vt hic. Et ideo cum miles induxisset, & sic non solum aperuit, sed etiam induxit.i. cancellanit, l. inductum. C. de sol. & l. si quis libertatem. §. fi. š. de pet. hæred. Sed qñ simplr̄ aperuit, sed non induxit, vel cancellauit, post resigillando vr̄ magis aperuisse, cāreuidendi, & iō per sigillum vr̄ confirmare. l. tribunus. § fi. † Item quæro, vtrum sigillando, quis videatur
3 approbare. Dic, vt no J. co. l. Tribunus. §. fi. & dixi š. sol. mat l. quæ
a dotis. Vltimo induco a ad quæstionem, notarius cācellauit instr̄m, & post scripsit notarius, ꝙ istud instr̄m per errorem cancellauerat, an illud instr̄m probet? Dic, ꝙ, est tex. hic, vbi miles aperuit, & cancellauit, nihilominus si volun valere valuit, facit quod dixi in l. cancellauerat sup. de his quæ in test. delen.

CONCORDIA.

Sicut. Pro concordia, aduerte, ꝙ notarius qui aliquid omittit in instro per eum rogato, & ponit in margine, & attestatur, ꝙ est sua additio, & ꝙ per errorem omisit post publicatum instr̄m, nō potest errorem suum corrigere. Intellige qñ in substātialib. ꝯctus, & put intelligit Bar. in sua dist. in l. si librarius. ff. de regu. iur. in l. Imperator. la j. circa si ff. de sta. ho. contra tamen tenere allegatur in l. cancellauerat. ff. de his quæ in test. delen & in hac l. in fraudem. §. sicut hic, ut innuit Alc. in l. si vnus. C. de test. Tu dic saluando Bart. alia est qō, an notarius possit corrigere errorem suum, de qua in prima opi. Et illa materia etiā traditur per Doc. in l. errore. C. de test. in d. l. si librarius. alia est quæstio, an apostillæ appositæ per notariū faciant fidem, quasi sine die, & consule, & sic alio tpe factæ, quam tēpore ꝯctus, & ita loquitur secunda opi ꝙ non ualeāt. Adde Pan. in c. cum venerabilis. de reli. do. in fi. cū concordantiis ibid. Adde tamen ꝙ in d. l. cancellauerat, illa cancellatio facta per notariū ualet, licet non trahatur ad oēs, quia de absolutione cōstat forte alio instro. l. si. C. de sen. ex bre. reci. quia requiritur scriptura, & c. ideo nō tam hr̄ respectus ad cancellationem, quam ad sn̄iam absolutionis, in alijs aūt addit opin. non credere, vt š. in prima opi. aliud tū est quærere de istis apostillis, q̄ fidē non faciunt, qñ fiunt alio tpe. ut supra, & aliud est quærere, an possit notarius corrigere errorem suum ꝙ omissum vel alteratum fuit factum tempore ꝯctus, & sic cum die & consule, & coram testibus, adde ad hoc Pau. de Cast. consi. 36.

ADDITIO.

a Barb. Vltimo induco. Sed contra hoc facit tex. in l. i. vers. & ideo. ff. de his quæ in test. delen. vide omnino Bal. in l. si vnus. & l. pen. C. de test. ... non stat cum dicto Bar. hic. Abb. in c. cum vener. bilis. de re... ... dicto Bar. hic.

§. Si quis. Priuilegium militis non tollit delictum scribētis. h. d. Et est ratio, quia priuilegium militis conceditur solum circa ea quæ ueniunt expedienda ab ipso milite.

1 *Regula generalis non comprehendit specialia.*

§. Bonorum. Quæro, quid uelint dicere ista uerba, ga generalis est illa determinatio. Dicit gl. vt non sit nulla exceptio. Ex qua no. Dy. ꝙ regula gñalis comprehendit om
1 nes casus priuilegiatos. Hoc mihi non placet, quia regula † gñalis non comprehendit spālia. ut no. Dy. super rub. de reg. iu. lib. 6. & J. de reg. iu. l. j. & ibi gl. Sed est rō legis, quia priuilegium militis non egreditur personā militis, & ea q̄ ab ipso milite testante sunt expedienda respicit, ut hic, sed petitio bonorum pos. respicit personam hæredis, & ideo priuilegium militis non tollit delictū scribentis.

LEX XVII.

1 *Priuilegium militis non tollit priuilegium mulieris.*
Ciuitas si concessit bayliam quibusdam sapientibus prouidendi, & ordinandi, quomodocunque velint, quod ex ista generali concessione non uideatur potestas auferendi ius tertio quæsitum.
2 *Fundus dotalis si legatur, debetur æstimatio.*
Alienatio fundi dotalis, quomodo dicatur prohibita, & cuius respectu.

a
1 Dotalem. a Quæro quæ est rō huius l. Rn̄. quia † priuilegiū militis, non dēt tollere priuilegium mulieris. ita dicit gl. vide eam, & l. quā allc. l. l. fin. in prin. š. ex quib. cau. maio. Sic videbitis no. J. l. prox. §. j. & hoc est no. ad qōnem in, qua consului. Concessit ciuitas qbusdam sapientibus, bayliam. & ptātē prouidendi, & ordinandi super adunantia, qñocunq; velint, & melius possint, & habeant ptātem, quam hēt adunantia gñalis, an possint auferre ius alterius? Et vr̄ ꝙ possint gñaliter. l. venditor §. si constat. š. cōm. prædio. & l. Antiochensium § j. de priu. cred. & l Lucius. J. ad municip. & de uend. rerum quæ ad ciu. pert. l. j. li. xj. Sed ꝯ vnam personam singularem non possunt. l. si priuatus J. qui & a quib. & l. toties. §. j. J. de pollic. Et dubium qōnis est, an ex illa gñali ꝯcessione transeat ptās illa, ita ꝙ si illi sapientes uolunt, possint auferre ius q̄situm alteri? Dic, ꝙ ius non venit in gñali concessione, ut hic ꝯiñ
2 cta l. j. š. co. † Quęro utrū si legatur fundus dotalis, an dēatur æstimatio? Glo. dicit, ꝙ non, quia huius rei dotalis non est commerciū ꝙ
b tenementi. Et idē gl. tenet b in l. si prædium. C. de iure do. & ibi Cy. hoc tangit. Iac. de Are. tenet ꝯrium hic, & dicit ꝙ non est uerum, ꝙ fundi dotalis commercium sit prohibitum. i. ipsa vendō, sed phibita est alienatio, & ideo dicit Iac. de Are. ꝙ debetur æstimatio l. si quis inquilinos. in prin. J. de leg. j. & l. cætera, §. si duob. eod. ti. Ego examinaui in l. cum lex. de fideiuss. & dixi, ꝙ respū mulieris est prohibitus ꝯctus, & ꝯtro, & dn̄ij trāslatio. Et ita no. in l. si prędium. C. de iu. dot. & ibi per Doc. sed respectu aliorum cōlter tenet obligatio, & uenditor emptori obligatur, & fideiussor accedit, sed dominium non transit, ut dixi in l. cum lex. inf. de fideiussorib. & sic hoc casu debeatur æstimatio.

ADDITIONES.

a Pom. Dotalem. Vide Arc. consi. 147.
b Pom. Glo. tenet. Ista est cōis, secundum Ang. in l. apud Iulian. §. fi. de leg. 1.

LEX XVIII.

Si certarum. Ibi, certarum alias cæterarū, & tunc stat proprie, alias certarum, & tunc subaudi tantum mobilium, alias instituisset simpliciter aliquos in certis, & unum
a in cæteris reb. &c. & sic ille esset hæres a vniuersalis, & alii habentur loco legatarij. l. quoties. C. de hær. inst.

ADDITIO.

a Pom. Ille esset hæres. Vide Alex. in l. cogi. §. sed & si miles. col. fi. ff. ad Treb. uer. vlt. hac lex inducitur ad q. Vide et per Alex. consi. 58. 1. col. 4. uol. & consi. 122. eo. uol. Ruyn. consi. 204. nu. 3. lib. 2. Ruy. consi. 40. nu. ... Montalæ. consi. 64. col. 2. circa med. lib. j. ... me 5. lib. 2.

§. Iulianus. Op gl J co. l. si duob. Sol. ut ibi. Item opp. de l. si sub conditione. quib. mod. vsusf. ami. Solut ibi sunt hæreditates duorum hic unius. Item op. š. ca. l. in prin. So. hic sunt diuersa patrimonia, & ideo sunt diuersi hęredes, ibi urū tantum. Opp de l. ex facto sup. de hęr. inst. Sol ibi in pagano, qui non habet nisi unum patrimonium, hic in milite, qui habet patrimonia, & ideo fit ista interpretatio.

1 *... institutus a pagano, quando possit in eodem testamento exhæredari.*

§. Si eodem. In hoc §. semper dubitaui, dr̄ hic, prout est in litera. Not. ꝙ paganus illum quem hęredem instituit, nō potest exhæredare in eodem testō. Contra fm illam literam, in qua dicit, non. Sol. fm illam literā negatiuā casus ponitur duob. mod. Primo īstituit seruū cum libertate, & ademit sine libertatē. & tunc procedit sine scrupulo, quia miles hoc potest, paganus nō. l. si ita. §. rīa. š. de lib. & posth. Sed alio mō intelltr̄ in libero instituto, & tunc dicit gl. ꝙ rō est, quia exhr̄datio est res inepta in extraneo. l. quidam cum filium. J. de uer. obl. Sed pp hoc non intelltr̄ solutum ꝯrīū alterius lr̄æ. Item exhr̄datio est res inepta in extraneo, sed in hr̄de instituto, est res apta. l. paterfa testō š. de hær. inst. Ego dico † prout hēs lr̄am negatiuā, ꝙ nullus liber hō pōt exhr̄dari sine
1 iusta cā. Hic est casus in l. paterfam. testō. de hær. inst. l. uxorē §. hæres. J. de le. 3. Et est rō. quia cum hæreditas dētur hr̄di instituto, a se ipso non pōt adimi. l. sed si ꝯdōni. §. fin. š. de hær. inst. Sed prout hēs literam affirmatiuam. l. possit. siue non, tūc intelltr̄, ꝙ possit fieri ex cā ltīma ingratitudinis. l. paterfam. testō. š. de hær. inst. & l. uxorē §. hæres. inf. de leg. 3. Vel dic, ꝙ non pōt adimi directe, sed per fideicōmissum, d. l. vxorem. §. hæres. & dixi in d. l. paterfam. testamento.

§. Similes. Hic §. cum l. seq. concordat cum l. si post missionem. inf. ad leg. Falc. & cum l. seq.

LEX XIX.

1 *Diminutio quæ fit de legatis, duplex est.*
2 *Legata vltra vires patrimonii, an sint indebita de iure gentium, & ciuili.*
3 *Si legatus sibi reseruauit præbendam vacaturam, remissiue.*
4 *Statuta si duo contraria reperiantur in eodem volumine, secundum derogat primo, licet sint eodem tempore confirmata.*

sti uero composita.

1 §. Quid ergo. Gl. ponit casum. Volo † ꝙ notes unū. Quædam est diminutio quę fit de legatis, quia vires pr̄imonii non sufficiunt. Quędam est diminutio, quæ fit per leg. Fal. Primum probatur hic. & l. si post missionem. & l. in quantitate. in fi. ad leg. Falc. Modo aduerte, legata non debentur ultra uires pr̄imonij. Sed quęro. † an sint indebita de iure naturali, hoc est
2 gentium, & ciuili. & hic est casus, ꝙ sic, & ideo non ur̄ dispēsatum per uerba l. j. š. co. & ut dixi sup. eo. l. neque. n. §. j. Sed diminutio q̄ fit per leg Falc. non facit legata esse indebita de iur. gen. sed de iure ciuili, & ideo in testō militis habet locū prima diminutio sed scda non, ut dixi in l. j. inf. ad l. Fal. Gl. † inducit hanc l. ad qōnem de legato, qui reseruauit sibi præbendam uacaturam. Et de hac q. est facta
3 decretalis, ext. de off. deleg. c. præsenti. lib. 6. & habetur per Dy. in c. i. in ult. q. de reg. iu. li. 6. † Vlt. hæc lex inducitur ad q. Vos uidetis, ꝙ
4 licet testamentum, & etiam codicilli confirmentur eodem tempore mortis, tamē ordo compositionis inspicitur. Et sic inducitur ad q. de duob statutis contrarijs in eodem uolumine repertis, ut secundum deroget primo, licet sint eodem tempore confirmata. De hoc no. Cy. in l. . C de test. tut. & per Dy. in l. tutores. š. de test. tut. & ego scripsi in repe. l. omnes populi. de iust. & iu.

LEX XX.

1 *Verba obliqua trahuntur ad directam, ex expressa dispositione defuncti. Item fauore libertatis.*
2 *Verba directa ex dispositione defuncti trahuntur ad fideicommissum. Item ex ratione.*
3 *Testator si dixit, volo quod post mortem meam restituatur tali, substituens eum vulgariter & pupillariter, erunt duæ directę.*
4 *Incontinenti dicitur fieri, quod fit semel, quando fit vnum post aliud.*
5 *Testes deponentes vidisse aliquid per rimulam, s. vnus post alium, dicuntur contestes, & probant.*

Quæ

a **Quærebatur.** Hæc lex est ualde no. & menti tenēda, & Iurisconf. in hoc ti. pcedit hoc ordine: quia a principio tituli vsq; ad l. si certarū, ponit expositionē illorū verborū, testent quo velint, positorū. s. e. l. 1. sed in l. si certarū, cœpit forma
1 re q circa materiā, & hic ponit vna qō. † No. q uerba obliqua, trahūt ad directā ex expssa dispōne defuncti, vt hic. Itē qnq; fauore li-
2 bertatis trahunt ad directā s. e. l. neq; cū l. seq. Itē no. q qnq; ex di spōne defuncti, verba directa trahunt ad fideicōmissū. Itē qnq; ex
3 dispōne l. ut vidistis, in l. verbis ciuilibus. s. de vul. & pu. † Itē qro. si
b testor dixit, volo, q. post mortē meā restituat tali, substituens cū vulgariter, vel pupillr, erit ne directa? Et vr. q nō, qa verbū restituo, est fideicōmissariū l. cohædi. §. cū filiæ. de vulg. & pup. Sed tñ ɔtrium est verū, qa testor voluit verbū fideicōmissariū trahi ad directū, & po-
4 tuit ut hic, & ecōuerso cēt idē. † Vlt. no. gl. q inci. a'ds semel, q dicit,
c q illud q fit icōtinēti vnū post aliud, dr fieri simul. Qd facit ad qō-
5 nē. Plures testes dixerūt q viderūt tale qd p simulā, vnº plus aliū,
d qrii mō an pbēti Et vr. q nō sūt ptestes. Cōtrariū est verū, qa, q fit incontinēti vnū post aliū, dr fieri simul, & sic sunt ptestes, vt hac gl. Idē no. in l. antiqui si pars hær. & l. hæredes palam in fi. de test. s. & no. per Iac. de Are. & Cyn. in l. testium. C. de testib. & ibi vide Bar.

ADDITIONES.

a Poma. Quærebatur. Vide quid dicat Bar. consi. 12.
Meno. Parif. consi. 70. nu. 1. lib. 2.
b Poma. Item quæro. Vide Alex. in l. 1. in prin. ff. de vulg.
c Parif. Vltimo no. Idem tenet Dy. & Sal. in l. hac consultissima, in fi. prin. C. de testā & Bal. in l. testamentum. C. de testam. & Imo. in l. si pater. & in l. si is qui. §. j. ff. de vulg. & pup. & Ang. hic in fine.
d Io. Fran. Ri. Plures testes. Adde, q istā decisionem tenent Ang. Imo. & Alex. in l. si quis, §. 1. de vulg. & pup. & ibi unde plures concor. per Alex.

§. Si quis a milite. De hoc no. vt plene dixi in l. licet. j. de leg. 1.

LEX XXI.

Tribunus militum.

§. Cum aliquis. De hac materia dic, vt dixi sup. eodem. l. in fraudem. §. 1.

LEX XXX.

1 *A verbis statuti non receditur.*
2 *Tribunus militum non hab. b't p'uil. gium militis, nisi sit miles.*
3 *Exempta ecclesia, sunt exempti presbyteri, monachi & p petuo obligati.*
Prior laicus hospitalis excepti, in his quæ resp. ciunt personā, non est exemptus.

a
1 **Quod constitutum.** a No hanc l. q solet allegari in materia statutorum, q nō recedit a verbis statuti. Querit gl. qd si est tribunus, & miles, an hēat istud priuilegiū finito offo? Dicit, q sic qa cū miles hēat illud priui-
2 legium, ergo & ipse, cū sit miles. Et sic no. q † tribunus militum nō hēt priuilegiū militis, nisi ipse sit miles, qd tene mēti. Et induco hoc
b ad q. Nā Canonistæ dnt, q † ecclesia excēpta, vnr excēpti psbyteri,
3 monachi, & perpetuo obligati ut in c. p exemptionem, ex de priuil. lib. 6. Modo qdam est prior cuiusdā hospitalis qd est exēptū. an il-
c le Prior est exemptus. Ego consului sic. Prior hospitalis pōt esse laicus, ut in c. 2. extra de reli. do. in cle. Modo, q dicit exempta ecclesia, videtur exemptus prælatus, intelligo de prælato, qui sit de corpore ecclesiæ: sed si esset laicus, tunc in his quæ respiciunt suam personam non est exemptus, & nō gaudet priuilegio, ut habetis hic, & ita dixit, quod no. bene quia quotidie practicatur.

ADDITIONES.

a Meno. Quod cōstitutum. Tiraq. l. si unquam, in verbo libertis, nu. 4. C. de reuo. don.
b Poma. Ad qōnē. Vide Pau. & id quod in c. nullus indicti. de fo. compet. Bald. in auth. hoc ius porrectū. C. de sacros. eccl. & cōtra ea q teneē in c. si quis. 13. q. 4 in verbo, ecclesiasticis, vide ēt Aut. de Bu. consi. 40. inci. nulla dubitatio, refert Fel. c. de quarta. de præscr. & pro opi. Bar. consuluit Are. consi. 64 & vide Bar. consi. 1 ... vol.
c An ille prior est exemptus. Adde tu. & uide ad hæc dicta Bar. Fel. in proæ. Grego. versi. sed ad prædicta.

LEX XXV.

1 *Stāte statuto, q cōtra īstrumentū, vel sniam, nō possint opponi, nisi certe exceptiones, tamen poterit opponi, q instrumē tū non sit instrumētum, vel sniā (esse derobatum.*
2 *Villa si vigore statuti teneatur reparare dānū derobato, dēt prius cōstare ipsum*
3 *Verbum relinquo, an trahatur ad institutionem.*
4 *Ratio quia audiui, in teste est bona, in his quæ percipiuntur sensu auditus.*
5 *Testes dicentes audiuisse Titium instituisse Seium hæredem, non probant, nisi dicant se adhibitos, & rogatos.*

Diuus Traianus. Hæc est bona lex. Op. q testes rogati non requirantur. ut j. eo. l. Lucius. Sol. ut no. plene. s. eo. l. vbi plene. gl. distinguit, & no. C. eo. l. milites.
a Scdo no. a ex hac l. multa Primo. dicit: statutum, quod † ɔ̄ instru-
b mentum publicum non possint opponi, nisi duæ, uel tres exceptiones, vel contra sententiam iudicis nō possit opponi, nisi vna exceptio. Modo ego volo pbare instrm nō esse instrm, vel sniam non esse sententiam, quæritur an possim opponere: Certe sic, qa prius dēt cōstare sententiam esse, vt hic. Facit l. 4. §. cōdemnatū de re iu. Et hoc
c
d disputando determinauit Nic. Matar. de Mutina. Itē sunt statuta d
2 † per totam Italiam, q si aliquis fuit derobatus, villa teneatur restituere damnum derobato, & stetur eius iuramento. Certe hoc debet intelligi, quod prius debeat constare ipsum esse derobatum, & post stabitur eius iuramento de æstimatione damni, vt hic. Et pro
3 hoc facit l. si cū exceptione, §. 1 hac. s. q me. cau. † Itē no. hic, q verbū relinquo, trahitur ad instōnem. De quo dixi i l. his verbis. s. de
4 hær. insti. † Itē no q in his, quæ auditu percipiuntur, sufficiens ē testis si dixit, ego audiui, ut hic, ibi se audiuisse, &c. De hoc p Doc. i l. testiū. C. de testib. & p Iac. de Are. in l. 2. §. idem Labeo, de aqua
c plu. arc. Vlt. no. e † q si testes dicunt se audiuisse, Titium instituisse
5 talē hæredē, & non dicūt se adhibitos & rogatos ad hoc, nihil probant, vt hic ibi alioquin. &c. Et hoc tene menti, qñ habes probare testamentum per testes, & sis cautus in formando articulos.

ADDITIONES.

a Secundo no. Vide Alex. conf. 9. col. 2.
Meno. Crauet. de antiq. temp. 4. parte, primæ partis principalis. nu. 4. Afflict. decis. 231. Crauet. consi. 6. nu. 75. Idem plura tradit consi. 211. nu. 2. scripsi consil. 134. num. 27.
b Primo dicit. Adde tu ad hæc dicta Bal. in l. 1. C. de erro. aduoc. & eundem Bart. in l. 1. §. & parui, inf. quod ui aut clam. & Alc. de Imo. conf. 3. 3. vol.
c Pom. Certe sic. Vide rem istam per Ale. consi. 34 inci. uiso themate in princ. 1. vol. Bar. in l. non putauit. §. non quæuis, ff. de contratab. adde concor. per Ale. conf. 3. in 3. uol. conf. 55. eo. vol. Et uide quid per istum tex. dicat Bald. in l. qui accusare C. de eden. & circa hoc dictum Bar. uide Alex. consi. 66. & consi. 6. vol. 2. uide etiā Alex. consi. 176. in ult. col. 2. vol. Fel. in c. quoniam contra. de proba.
d Pom. Sunt statuta. Vide Iaso. in l. de quib. ff. de legib.
Meno. Cranet. conf. 244. nu. 1. latissime. Idem. Crau. conf. 260. dol. 1. plura similia per eundem conf. 280. col. 3. in fine. Dec. conf. 410. nu. 7. conf. 458. nu. 14. Plotus. leg. si quando, nu. 757. 758. C. unde ui. Marsil. singul. 338.
e Pom. Vltimo no. Vide Pau. de Ca. in l. hac consultissima, in prin. C. de testam.

LEX XXVI.

1 *Qualitas iuncta verbo vel participio, debet intelligi secundum tempus verbi, vel participij.*
2 *Dominus si teneatur pro delicto commisso a famulo, non tenetur pro delicto cōmisso antequam esset famulus, secus si dixit pro delicto famuli.*

1 **Titius.** † Qualitas iuncta verbo, vel participio debet intelligi, fm tps verbi uel participij h. d. solennis lex Et no tex. ibi, constitutionib. enim, & dicit itaintū, q dñs tenet pro delicto
2 commisso a famulo suo. Quæro † an teneatur a dñs pro delicto cō
a misso antē q esset famulus? Certe nō, qa oportet, q fit famulus tpe delicti cōmissi, ut hic & expresse in l. in delictis, §. si extraneus. s. de noxa, & gl. ibi allegat concordantias, & facit l. si tutoris, in fi. s. q iussu. Sed si dicit, q dñs tenet pro delicto famuli, tunc iste tex. innuit, q tenetur pro delicto ante commisso, ut hic: qa dicit, non militū. testam. seu a militib. facta Cogita in hoc, quia est valde utile. Vide circa hoc sup. de vul. & pup. l. ex facto, in prin.

ADDITIO.

a Pom. An teneatur. Vide Ro. conf. 15. & consi. 11. Ale. in l. fi. ff. ne quis eum qui.

LEX XXVIII.

Centurio. No. q qui annullat testm, nō solū annullat testū, sed etiam omnia scripta in testamento h. d.

LEX XXIX.

Cum filiusfamilias. No. tex. ibi, quia hereditati, &c. Concordat. j. eo. l. in fraudem in prin. & l. dotalem.

LEX XXX.

Si a milite scriptus hæres.

§. Edictum. No. hunc §. qui est gl. illius verbi quō, qd est positum. s. eo. l. j. quia verba illius arbitrij, quod datur militib. sup. eo. l. j. non extenduntur ad turpe.
1 *Patri emancipati, & alijs ascendentibus non habentibus filium in potestate, debetur quarta in bonis filij.*
2 *Testamentū factū a filio in castrensi, subiacet querelæ, & cōtra tabulatur.*

1 **§. Patri eius.** Quæro q † sit pars debita patri emancipati, fm ista tpa? Dicit gl. q est tertia. Vide glo. q icipit, q ē tertia. Idē no. i l. Pantonius, circa prin. si a pat. qs fue. ma. Cōtrariū no. in Auth. de triē. & semis. §. j. & in auth. nouissima. C.
a de inof. test. ubi quærit gl. an pars quarta, q debet patri, augeatur a
b p auth. nouissima. Quid dicemus? forte, q patri manumissori debetur tertia, ita loquit ista gl. gl. concordant. Sed in alijs ascendentib. ut ex linea materna, uel alij ascēdēti, q nunq habuit eū i ptāte, nec eū manumisit, tūc debet quarta, ut i gl. ɔtris. Item dr hic, q ɔ̄
2 tab. nō hēt locū in testō militis. Sed qro, † qd in querela? Dicit glo. idem l. si C. de inof. test. uide gl. quæ incipit, ut j. posita in l. nam in bonis Et sic tenet, q testm factū circa castrense peculiū, non subiacet qrelæ, nec ɔ̄ta. Idē no i l. si. C. de inof test. Cōtrariū no. in l. cū lege. C. de epis. & cle. & e. ti. auth. presb. & in corpore vnde sumit, lege. C. de epis. & cle. & c. ti. auth. presb. & in corpore vnde sumit, de sanc. epis. §. presbyteris, vbi dr, quod petitur legitima pditione ex lege. Alibi gl. dicit, q subiacet hodie querelæ, & ɔtab. ut no. in auth. i testamēto. C. ad Tert. & l. si. C. d inof. test. & j si a pat. qs fuc. ma. sup. rub. & ibi de hoc dixi. & tenet Ia. de Are. & Cy. in auth. ex cā. C. de lib. præter. Ego tenui idem p tex. in corpore, ut cū de apcā. C. de lib. præter. Ego tenui idem p tex. in corpore, ut cū de apcā. C. de lib. præter. Ego tenui idem p tex. in corpore, ut cū de apcā. C. de lib. præter. Et in auth. ex cā, & auth. in testō. ubi dr, q testm spel. cog. v. i sumit in auth. ex cā, & auth. in testō. ubi dr, q testm ipel. resciditur patre præterito. Et sic intelligitur i casu quo filius pt testari, sed filius non pt nisi in castrensi vel quasi. ergo in castrensi, uel quasi debet intelligi, & sic hodie subiacet querelę.

ADDITIONES.

a Augeatur. Et, quod hodie sit aucta. Adde Alex. de Imo. in consi. 40. in fi. in 1. uol. & Fab. de sancto Fab. in auth. nouissima, ins. alleg. ver. 2. quæro.
b Poma. Quid dicemus. Vide Rom. consi. 185.

LEX XXXIIII.

Si filiusfamilias. Hæc lex duos casus ponit per pulcher rimam rationem. Et unus casus est quando posthumus natus est, milite existente in militia. Secudus, quando nascitur post militiam.

LEX XXXV.

Eius militis.

a **§. Si militia.** a Facilius tollitur, q ualet iure speciali, quam quod valet de iure communi.h.d.& no.tex. ibi,alioquin,&c.

ADDITIO.

a Parif.Militia.Limita,ut per Iaf.in l.postquam liti.C.de pac.
Poma.Adde rationem per Lanfr.in l.2.§.1.in fi.ff.de iud.& est gl.in c. si super gratia,de offic.del.lib.6.& in c fi.16.q 4.

LEX XXXVII.

1 *Dictio ad, ponitur pro iuxta.*
2 *Filium si pupillum testator instituit, & eidem pupillariter substituit extraneu & in codicillis illam substitutionem reuocauit, & pupillo pupillariter substituit sorores, quod sorores excludent extraneum primo substitutum.*

1 **Militis codicillis.** Nota glo.j.q dicit, ad testm.i.iuxta testm.† Et sic dictio, ad, ponitur p iuxta,& eo modo.l.qdā liberus.ff.de serui.vrb.pd.& l itē apud La beonē.§.quiciū.j.de iniur.& ibi p Ia.de Are,& tenc mēti hāc l.nā
2 ptiplam ɔsului in ciuitate ista ī vna q.nam dicit l.i.§.eo,q milites
a quoquo mōi sint testai,ualet testm,& hæc dicit,si fecit codicillos hrdi.is debet iure directo. Mō qdē instituit filiū pupilliū,& ei pupillr substituit quēdā eXneū,post ī codicillis illā pupillarē substōnē reuocauit,& substituit ei sorores illi⁹ pupilli, & euenit casus il lius pupillaris substōnis Dicit substitutus pupillr,q ī codicillis nō potuit reuocari substō iure directo, sed iure fideicommissi. Et sic volebat succedere ð iure directo,& restituere alij substitutis reten
b ta quarta. Et sic tenebāt oēs.Doc.Ego dico,q ille eXneus in totū repellat:qa qñ in prima uoluntate est institutus extraneus,& in se quēti uolūtate nō solēni sunt instituti uenientes ab intestato,tūc prima uolūtas solēnis tollitur p secundā nō solennem l.hac ɔsultissima.§.si qs āt.C.de testa.& l.2.§.de iniu.test. Sed mihi rñdeba tur,q ille §.si qs āut loquebatur qñ testator nō restrinxit se ad cer tū genus testandi.Ego rñdi p istā legem.Nā sicut ibi in d.§.si quis āut permittitur non solenniter testari,ita hic militi permittitur ñ solenniter testari,& tamen miles restrinxit se ad certum genus te standi,s.qa uoluit codicillari,& ex illo priuilegio in codicillis dare hæreditatem directo,ut hic,& ita fuit obtentum.

ADDITIONES.

a Parif.Quoquo modo.Vide circa istam q..æstionem omnino Rom.consi.274.
b Ego dico.Vide Alex.consi.146.·vol.Aret.in l.cohæredi.§.cum filii.ff.de vul.& in auth.hoc inter liberos.C de testam. Iaf.in l.hac consultissima.§.si quis autem. Alex.C.de testa.Romano.consi.279.in 2.dubio.
Meno.Rube.consi.164.nu.4.Dec.cōsi.361.c.4.in fine.sed aliter Ripa.l.Lucius nu. 20.sup.de vulg.Iaso.l.hac consultissima.§.si.nu.3.C.de testam.Ruyn. consil.37. nu.8.lib.1.consi.23.nu.2.lib.2.Soc.in reg.fallen.reg.169.prima fallen.

§. Miles. Oppo.supra eod.l.quærebatur . Sol.ut ibi,& uidebitis infra ead.l in fi.

§. Miles. No.ex hoc §.q auth.ex cā,q dixit, ex cā præteritionis,uel exhæredationis,&c habet locum ubi testator præterijt filium scienter, secus si ignoranter, quia tunc legata non debentur,ut hoc §.& l.si cum vel in utero.C.eo.ti.

1 *Inter venientes ab intestato,sufficit quoquo voluntatis modo disponere.*
2 *Et si producatur testamentum inter liberos corrosum, taliter quod non appareant nisi duos testes, valet testamentum.*

a **§. Veteranus.** a No.solennem §.& no tex.ibi,cuius exceptionis uires,&c. quæro qd uolunt dicere ista uerba Rñ.doli exceptio sp nititr æqitate,ut j.de doli except.l q æquitate. Vnde si legatarius petit,repellitur exceptione, qa nō hēt uolūtatē defuncti.Si uero legatarius possidet,& hrs institutus petit,sitr repellii hrs exceptione,quæ pcedit ex ea æqitate, quia petit quasi non hēat uoluntatē defuncti,& iō in pari cā potior est conditio possidentis.Op.q et institutio nō ualebit.l. hi d tas.C.de his
1 qb.ut indig. Sol. ut ibi per Doc. in l.nostram.C.de test.Et † crede-
2 rē,b q si aliquis diceret ista uerba hodie cōā quinque testib.& in
b illo testō nō essent extranei scripti,sed uenicētes ab intestato, pri-
c mum tollitur, c quia sufficit quoquo uoluntatis iudicio,&c.l.2.ð
d iniust.test.& l hac cōsultissima, §.si quis autem. C.de test & hoc
3 tene mēti,& sp respice quis sit īstitutus in testō Nā semel† ego ha bui de facto.Producebatur quoddā testm scriptū & publicatum, ī quo erāt scripti filij testatoris,& rogati p fideicōmissum restitue re,quod testm erat corrosum adeo,quod nō apparebant,nisi duo testes,dicebatur,q testm nō ualebat. Sed certe dixi,quod ualebat per §.ex imperfecto.l hac cōsultissima. C.de testa.

ADDITIONES.

a Pom.Veteranus.De intellectu huius l.uide Ale.cōs.60.vol.2.& in l.nemo,ð le.j.
b Poma.Et crederem.Vide Alex.cons.104.incl.ut paucis utar.2.uol.Barb.consi.66. aliàs 40.in 2.vol.
Meno.Barb.consi.60.col.10.lib.2.
c Parif. Venientes ab intestato . Vide Alex.consi.140. col. 1.uol. 2.& consi.30.vol.3. plene per Imo.& Alex.in l.si ita.§.regula,ff.de lib.& posth. & in l.si ita scriptum, ff.de leg.1.Bar.consi.38.incip.Pau.Hugotius.
d Primum tollitur.De hoc dicto feci mentionem in l.si iure,de leg.3.

Meno.Natta in l.hac consultissima.§.ex imperfecto.nu 133.C.de testam.Ruy.cōs. 154.nu.6.lib.3.

a **§. Miles.** a Quæro,si miles facit fm testm,an uideat uelle re uocare ipso iure primum,vel an videatur vtrunq; ualere:Gl.in l.ōrt bat.§.eo.d.tit,q in dubio valet vtrunq;. Sed ibi tex.illius l.facit ɔtriū,iste tex.facit pro gl.§.ea.l.in prin.& §.1.qd dicemus:Dic si qu dē primum testm expresse vult remanere, nō est dubiū, ut d.l.quærebatur. Si āt nihil dicit,& tunc aut fecit fm testm, sup omnib.bonis,& videtur primū tunc reuocare,vt h c,& d.l.qrebatur.Sin autem fecit super parte bonorum, tunc n dubio videtur velle vtrunq; valere,vt §.eo.l.1.in prin.& §.2.ita dicunt Doct.

ADDITIO.

a Miles.Ad illum tex.vide Alex.in consi.105.in 4 vol.

LEX XXXVIII.

Si duobus. Istam mām examinat gl.plene in l.1. C.eod.tit.

LEX XXXIX.

Quod dicitur. No.ergo,q in instōnib.existens ɔdō,trahitur retro,vt hic, & no.per Dyn.in ca.1. de reg.iu.lib.6.secus in lega.l.1.§.1.ad Syl.& ibi videbitis.

LEX XLI.

1 *Instrumenta confecta a notario suo,an valeant.*
2 *Testamentum militis non valet,si non est perfectum.*

Lucius. No.istud verbum, notario suo, &c. quod est valde no.An illæ notæ probent,dixi in l.quoties.§.sed si nō
a in corpore.§.de hær.inst.Io.And. . disputat vnam quæstionem† an
1 instrumentum factum a notario suo valeat . Et videtur casus, q valeat,& potest allegari pro,& ɔ:sed magis uidetur,q sic,hic erat dubium,quia erat scriptum notis,& non literis e tentis . Hanc q.ponit Io.And.in mercurialibus suis,in tit.de reg.iur.non recordor sub qua litera.Item illud,quod dicitur,legitimis probationib.no. ut di-
2 xi.§.in l.1.in fi.Item no.q † etiam testamentum militis non ualet,si non est perfectum,facit j.de leg.3.le.fideicommissa.§.2.& §.de test. l.si is qui.

ADDITIO.

a Pom.Io.And.Vide Alex.in l.pr.& in l.filius.§.seq.ff.de falsis.in apostillis.

LEX XLII.

1 *Argumentum de re ad tempus, & de persona,ad res valet.*

a **Miles ita.** §.Et quia diximus. a Ibi,& in bonorum,&c.no. †
1 q licitum est a arguere de reb. ad tempus ut hic:
b & idem de personis ad res.l.qui plures liberos.§.de vul.& pup.Idem de tpe ad locum. l.vinum.§.si cer.pet. & l.in hac §.de triti. & l.quoties.de ver.obl.Item collige rationem ex hac lege, quare quis non pt decedere pro parte temporis testatus,& pro parte non,quia sicut quis non pt decedere pro parte rerum testatus,& pro parte non,ita nec tempore.Dixi in l.hæreditas ex die supra de hæred.

ADDITIONES.

a Parif.Et quia diximus.Contra reg.q valet arg.de re ad tempus;op. nam substitutio facta in vnum casum, comprehendit omnes casus,qui possunt illi conuenire. gl.in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de lib, & posth.in l.si.C.de insti.& subst. & tamen substitutio facta in vno tempore,non extenditur ad aliud.l.si ita quis.ff. de vul.& pup.Bar.& alii in l.si iure.§.si.eo.tit.secundo facit, quia lex ex præsenti præsumitur in præteritum,unde ille qui soluit trib.vltimis annis,præsumitur sē per retro soluisse. l.quicunque. C. de apoc.publ.lib. 10. non idem est circa rem, quia non idem facit pars rei circa rem,ut probat tex.in d.l.quicunque,quem so-
b lus Bal.ponderat ad hoc.
Pom.Qd licitum est.Vide Iaf.in l.diuortio §.si fundum.ff.sol.ma.Cep.consi.7.

1 *Miles non potest relinquere mulieri,de qua est turpis suspicio.*
2 *Concubine an possit relinquere miles.*
3 *Priuatus potest donare,& legare concubinæ, & mulieri,de qua est turpis suspicio.*
4 *Clericus non potest legare concubinæ.*
5 *Legatum factum mulieri , quam quis retinebat in vxorem , quam tamen pro vxore habere non poterat,quando valet.*

a **§. Mulier.** a Not.notabilem. §.q, miles † non pt relinquere
1 mulieri de qua est turpis suspicio, & idem habet in l.mulierem. j.de his qu b. vt indig. & l.2.C.de dona.inter vir.&
2 vxo.† Sed quæro quid in ɔcubina,utrū miles possit sibi.relinquere? Cui.vr velle, q nō vt no.in l.affectionis.j.de dona. & uide ea quæ
3 ibi dixi.† Quæro,qd in priuato qui donat,vel legat alicui mulieri
b ɔcubinæ,vel alij,in qua est suspicio: Dicit gl.q, valet,& allegat l.affectionis.j.de dona. & l.donationes in concubinam.eo.tit.sed in le gato est expressum in l.qui concubinam.de leg.3.& l.item legato.§.
c paruic.ti.Sed quid in clerico, c qui † retinet concubinam, & ei lega
3 tum relinquit? Rich.Malum.dicit,q non pt,vt hic. & l.mulierem de his quibus,vt indi. Nam sicut miles secularis militiæ non potest,ita miles cœlestis militiæ non potest.Et pro hoc alleg.glo.l.miles de re iu.&

ADDITIONES.

a Pom.Mulier.Et uide Bar.in l.mulierem.j.de his quib.vt indig.& quod no.in l.af fectionis.j.de don.& in l.miles.j.de re iu.Vide Bal.in l.mercalem.C.de condi.ob tui prm cau.quid in aduoca,cogita.
b Parif.Quæro quid in priuato:Vide ad Bar.in rub.ff.de concubi.& inferius in ver quid in clerico.vide Io.de Ana.consi.91.
Meno.Plura Iaf.consi.37.lib.3.& Cassan.consi.39.nu.44.49.
c Bar.Sed quid in clerico. Et vide Io.And.in c.de his, de sepul. & Flori.in cle.1.de cler.egro.
Pom.Vide Alex.in l.Centurio,de vulg. & Fel.in c.cum ex officii in prin.de præscr.

lu.& ibi idem dixi. Quæro, quid in † ea, quam quis retinet tãquam
vxorem, quam in vxorem hr̃e non põt rõne consanguinitatis, uel
alia rõne, an p̃t sibi relinquere legatum? Veritas est illa, aut mulier
ignorat matrimonium non consistere, sed credit illud ualere, tunc
ualet. inf. de leg. j. l. fi. & l. 2 de his qb. vt ĩdig. Aut mulier sciebat ma
trimonium non consistere. & tunc in eius persona legatum non p̃t
consistere. l. uxori maritus. ĵ. de vsufr. leg. Aut dubitatur vtrum sci
uerit, vel non & in dubio præsumitur ignorantia. l. fi. ĵ. de leg. i. Itẽ
p̃t intelligi ignorantia, vel scientia ex his quæ no. in l. fi. de rit. nup.

LEX XLIII.

1 *Electione sola quis non efficitur miles.*
2 *Imperator non efficitur, nisi suscepta insula.*
3 *Miles non habet dignitatem.*
4 *Doctor dicitur illustris, & legens per uiginti annos efficitur Comes.*
5 *Inuestituram qui est iussus recipere, videtur consequi dignitatem.*
6 *Electione ex sola, quando quis consequatur dignitatem.*
7 *Scriptus in matricula militum, vel scholarium, si non est miles, uel scholaris, non habet priuilegia.*
8 *Scholaris non perdit priuilegium, nisi steterit per quinque annos.*

a **Ex eo tempore.** a Non tpe electionis, sed ex eo tẽpore
quo scriptus est in matricula militũ, ĩ-
cipit quis priuilegio militari uti, h. d. Gl. dat tres ꝯcordãtias, ut hic.
1 † Habes, ꝙ ex sola electione non est quis b miles, nec aliquã digni-
b tatem consequitur ex electione sola ut in Auth. de administ. §. fin.
2 nec efficitur sui iuris, ut in Auth. ꝯst. q̃ de dign. §. j. † Itẽ nec Impera
tor efficitur Imperator, nisi suscepta infula. l. bene a Zenone. C. de
3 quad. p̃sc. † Quæro utrũ miles hẽat dignitatẽ. c Rñ. non l. pen. C. qui
non pos. mil. li. xij. & de eques. dig. l. j. in gl. e. li. Et sic ista similia ni-
hil habent cõe cum milite, q a p̃dicti sunt in dignitate. Item adducit
gl. simile in magistro, intellige aliarum artium. Sed quid in Docto
d re, d Dic, ut solet notari in j. ꝯst. Digesti ueteris, ubi Doctor † appel-
4 latur illustris, sed si legerit per xx. ann. ꝯsequitur dignitatẽ comiti-
uã. Item dicit gl. simile in pistore. Op. ĵ. l. px. vbi anteq̃ sit scriptus ĩ
matricula gaudet priuilegio militari. Dicit gl. ꝙ hæc lex supplet p
5 illã. Vide gl. q̃ dicit, iussus cingi. & sic † ex quo inuestiturã qs est ius
sus recipere, vr̃ ꝯsequi dignitatẽ & inuestiturã. Vide p Dy. in c. j. de
6 re. iu. lib. 6. & hẽmus in feu. qd sit inuestitura. † Itẽ op. e dr̃ hic, ꝙ p
e electionem quis non ꝯsequitur dignitatem. Contra in §. filius. Inst.
qb. mod. ius pa. po. sol. & l. fi. C. de decur. Sol. ibi loquitur in casib.
specialib. in qb. ex sola electione cũ acceptatione secuta qs conse-
quitur dignitatem. sed hic loquitur in dignitatib. minorib. in qb.
electus quis non põt consequi dignitatem, ut no. in d. Auth. de ad-
mi. § illud. col. 6. & in Auth. ꝯstit. q̃ de dig. §. j. & in auth. sed e p̃alis
dignitas. C. de epi. & cle. quæ in de sumit. & facit, ꝙ no. de ꝯsul. l. fi.
lib. xij & dixi in prin. l. Publius. ĵ. de cond. & dem. Contra hoc op.
in Auth. de defens. ciuita. §. j. vbi ex sola electione quis consequitur
dignitatem. Et ita ĩtelligit gl. illum tex. ĩ l. priuatorum. C. de iu. om.
iu. Sed illa gl. non intelligit illum tex. bene; quia ibi dr̃, ex sola ele-
ctione, cũ administrõne, et ante ꝯfirmationẽ, ꝯsequitur dignitatẽ.
Rõ est pp periculum, ne officiũ interim uacaret, & ita dñt Cano-
nistæ, q a in ecclesiis valde remotis ab ecclesia Romana, statim ele-
ctus facta electione, põt administrare añ ꝯfirmationẽ, ut in c. ne p
defectu. ext. de elect. Et eo. mõ defensor p̃t añ confirmationẽ admi
nistrare, sed non hẽt dignitatẽ omnimodam, quia põt remoueri, si
non est dignus. Sed ꝯ hoc facit hæc lex, ubi non sufficit electio cum
administrõne, nisi sit scriptus in numero. Sed rñdeo, hæc lex loqui
tur in muneribus in quib. non est dignitas, sed p̃dicta loquũtur in of
ficiis, ubi est dignitas. Op. de bo. pos. ex test. mili. l. j. in fi. Sol. ut ibi
dicã. Itẽ op. de l. qui mittuntur. §. añ pe. & pe. s̃. ex quib. ca. ma. So. do
nec est in itinere, hr̃ loco absentis cã Reipublicæ, non tñ est miles.
Itẽ vr̃, ꝙ non sufficiat, ꝙ sit in numero sed oportet, ꝙ hẽat stigma-
ta. l. stigmata C. de fabricen. li. xj. Sol. Dic, ꝙ ẽt requiritur, ꝙ habeat
7 stigmata, & alia, q̃ no. in l. pen. ex quib. ca. ma. Dr̃ hic, ꝙ ille, qui † est
scriptus in matricula militum, hẽt priuilegia militum. Et scholaris
qui est scriptus in matricula scholarium, hẽt priuilegia scholariũ.
Sed quæro quid si esset scriptus & non est miles, uel non est schola
ris? Respon. non hẽt priuilegium l. scriniarios. C. eo. & l. q sub præ-
8 textu. C de sacrosa. eccl. & l. si duas §. decet. s̃. de excu. tut. † Sed quæ-
f ro an sufficiat f scholarem probare, se anno intrasse, & studuisse, si
non studet, an uero perdat priuilegium ex eo, quia non exercuit il
lud ministerium per unum annum? Rñ. non perdit priuilegium,
nisi steterit per v. annos, ut de primicer. l. fi. li. xij. C. de dome. & par
te. l. 3. lib. 12. Non sunt hic alia dicenda ad præsens. Tene menti.

CONCORDIA.

Ex eo. Pro concord. Aduerte, ꝙ dignitas est gradus doctoratus. Ita probat Bar. in l. j. C. de no. C. ꝯpo in l. fi. C. de iud. ꝯrius tñ allegatur per Pan. in c. clerici officia. de ui. & ho. cler. & in hac l. ex eo. tu dic, ꝙ Bar. corrupte allegatur, eo quia affirmatiuam tenet ubique. et sine dubitatione in Doct. licet etiam se remittat, sed in militib. s̃. dicit, non habere dignitatem. Adde ad Pan. idem tenentem eandem contrarietatem in c. proposuisti. de prob. col. fi. ubi concordat dato, ꝙ esset sibi contrarius, adde eundem Pan. in c. clerici. de iud. Adde Bar. in l. omnes. C. de decur. lib. 10.

ADDITIONES.

a Paris. Tempore. Circa reg. l. pe. & fi. & generaliter, quia actus de proximo faciendus habetur pro facto, vide Fel. in c. eam te. de rescr. numquid licentiatus veniat appellatione Doctoris, vide Fel. in d. c. eam te. col. 1. & in proce. Greg. circa tamen reg. quam colligit Bar. q uno sunt multi casus in quib. factum de recenti habeat pro facto, vide Fel. in c. cum adeo, de rescr. in contrarium uide quod dicit Bal. in l. si mundum per illum tex. C. de fur. ꝙ denominantur ab eo, ꝙ est, non, ꝙ erit. & ideo si quis interficiat electum in episc. non dicitur interfecisse episcopum, refert Ias. in l. 1. §. qui mandatam in prin. ff. de offi. eius. Item multos casus in quibus destinatus ad aliquid, non propterea dicatur illud habere, nec illius priuilegijs uti, uide Ias. in l. 2. C. de inoffi. test.

b Ex sola electione. Vide Pan. consi. 47. 1. uol. & Præpo. in c. 3. 53. dist. Imo. in cle. j. § porro. 5. q. de arceat.

c P. m. Miles habeat dignitatem. Vide Ias. in l. pen. a col. C. de pact. Alex. in l. diem functo. ff. de offi. assess. Abb. in l. milites. C. loc. Bart. in l. 1. C. de dig. li. 12. Ang. in procem. Instit. in 1. col.
Menoc. Ruy. consi. 66. nu. 23. lib. 1.

d Alex. In Doctore. An doctoratus sit dignitas. Vide Abb. in c. clerici. de iud.

e Poma. Item opp. Vide Are. in c. omnipotens, col. 1. de accus.

f Poma. An sufficiat. Vide Alex. consi. 54. uol. 3. Et an debeat iterum soluere, si faciat iterum se scribere in matricula elapsis quinque annis, vide Ro. sing. 222. Bart. in l. aut facta. §. tempus. ff. de pœn. in tract. de teste. in ver. aliquam. Bal. in auth. habita. C. ne fil. pro patre, facit quod no. Bal. in authen. dos data. C. de don. ante nup. vide Rom. sing. 278.

Men. Rebuffus. trac. Nomi. q. penul. nu. 18. vers. 5. opponitur.

LEX XLIV.

a **Filius.** a Habetur pro facto, quod de proximo est fiendum, hoc dicit.

ADDITIO.

a Poma. Filius. Adde Fel. in c. eam te. de rescr. Ias. ubi multa ponit in l. admonendi. in l. 2. lect. in gl. in verbo, iu ex isto intellectu. ff. de iniur. & gl. Bar. Are. & Ias. in l. diuortio. §. interdum. sol. ma. Faciunt ea, quæ ponit idem Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune, in primo membro primæ combinationis.

TITVLVS SCVNDVS.

De acquirenda hæreditate.

1 *Hæreditas quid sit.*
2 *Hæreditas est introducta de iure ciuili.*
3 *Hæres in foro conscientiæ non tenetur ad debita vltra vires hæreditarias.*
4 *Differentia inter hæreditatem, & bona vacantia.*
